

[Faint, mostly illegible Latin text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some words like 'signum' and 'sunt' are faintly visible.]

no effect iper
teroe nos
q dicit no
stabit ad hoc
sistat no
or qv
sot in l
autem
de hoc z
etias vt
Spe in
de prob
q vers
z per
in
si
si
recedere
et conue
et
si
si
si

[Large, faint handwritten numbers or symbols, possibly '50' or '60', written in the right margin.]

58
17

110
112

U. q. 17, 8



DISPUTATIO JURIDICA
DE
DEPOSITO,

Quam
Divinâ Assistente Gratiâ,
EX PERMISSU ET CONSENSU MA-
GNIFICI ET NOBILISSIMI ICTORUM
Ordinis in Alma Salana,

P R Æ S I D E
Nobilissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo
V I R O

DN. ERNESTO FRIDERICO

SCHRÖTERO, U. J. D. Professore Publico cele-
berrimo, Consiliario Saxonico, Facultatis Juridicæ &
Scabinatûs Assessore gravissimo, Dn. Fautore, Præce-
ptore & Promotore suo jugiter colendo,

Ventilandam publicè exhibet
REINERUS Klæffen / Berumano Frisius Orientalis,
Author & Respondens,

Ad diem Maji.
Joan. à Capistran. in specul. conscient.

*In rebus justitiam colere, atq; sua cuiq; bona servare, & in sub-
ditis non sinere, quod potestatis est, fieri, sed quod æquum est custodi-
ri, summum bonum est.*

J E N Æ
Literis GEORGII SENGENVALDI,
Anno MDCCLIV.



DISPUTATIO JURIDICA
DE
DEPOSITO

Divinae Aulicae Graeciae

PERMISSUM ET CONFERENTIA

GENITUM T. NOB. ISS. J. J. J. J.

Genitum in hunc finem

1710

Nobiliss. Corp. V. J. J. J. J.

1710

DN. ERNESTO FRIDERICO

SCHEITOLD. P. J. J. J. J.

Genitum in hunc finem

1710

GENITUM T. NOB. ISS. J. J. J. J.

Genitum in hunc finem

1710

Nobiliss. Corp. V. J. J. J. J.

Genitum in hunc finem

1710

Genitum in hunc finem

1710

Genitum in hunc finem

1710



Quod felix fortunatumq; esse jubeat divina
clementia!

INTRODUCTIO.

Obligaciones universim omnes, teste Imper. in
§. ult. Inst. de oblig. ex duobus fontibus ordinariis & re-
gularibus veluti rivuli dimanant, & proficiscuntur;
contractu videl. vel quasi, delicto vel quasi. Et quem-
admodum delicta non sunt uniusmodi, sed varii generis *We-*
semb. in n. ff. de privat. delict. n. 2. & seqq. ita quoq; contractu-
um plurimæ dantur species & divisiones, quæ generi subji-
cuntur, uti videre est ex Nicol. Mozz. tr. de contract. artic. 4. &
Franc. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 5. & seqq. qua-
rum potissima & principalis est illa, quæ à prælaudato Imp. in
d. §. ult. allata est, dum in veros & quasi seu improprios dispe-
scuntur; ubi sub veris certi & incerti, sive (quod eodem reci-
dit) nominati & innominati continentur. Innominati exin-
de dicuntur, quòd certum & specificum nomen à LL. sortiti
nō sint, sed vagum admodum & incertum habeant, quo nec
inter se, nec ab aliis contractibus discriminari satis possunt,
l. 3. ff. de præscript. verb. de quibus inibi in tot. tit. agitur. No-
minati vice versà dehinc appellantur; quia certum ac specia-
le nomen, quod aliis attribui & communicari nequit, cer-
tamq; formam, quæ ab invicem distinguuntur, & discrimen
inter innominatos inducitur, Mantica d. l. tit. 8. per tot. nacti
sunt. Et hi nominati contractus (ut propiùs ad scopum deve-
niam) ad quatuor summa membra ibidem revocantur, inq;
quadruplici sunt differentia: aut enim re, aut verbis, aut lite-
ris, aut deniq; consensu ineuntur atq; perficiuntur. Unicuiq;
singulæ subjiuntur species. Mihi impræsentiarum in reali-
um contractuum speciem penultimam (ordine illo, quo in
d. §. ult. singulæ realium contractuum species recensentur, ser-
vato-

A

vato-

vato) depositum scil. nonnihil descendere, deq; eo quædam
leviter & breviter pro ingenii, si quod est, modulo afferre, &
publicæ disquisitioni subicere, meq; hâc ratione aliquantu-
lum exercere, animus est.



THESIS I.
Um autem potissima uniuscujusq; rei pars sit
principium *L. i. ff. de O. J. l. 8. in pr. ff. mand. & eò om-
nia redigenda sint, juxtâ Philosophorum, eorùmq;
Metaphysicorum concordem sententiã, dum illos
rectè philosophari dicunt, qui omnia ad sua princi-
pia redigunt: ideò, ductum illorum sequendo, in di-
scussione præsentis materiæ, depositi, originem ante
omnia investigabo & præmittam; quam ex jure gentium, & quidẽ se-
cundario, habet & sortitum est, quod necessitatibus hominum inservit,
utpote ex quo jure omnes ferme reliqui contractus descendunt. *S. 2. Inst.
de J. N. G. & C. l. 5. ff. de J. & J. l. 7. in pr. & S. 1. ff. de pact.* Et quidem salu-
berrimo admodum remedio adinventum primitus est beneficium,
hocce depositi, quo indigentia hominum, in necessitate subinde con-
stitutorum, subveniebatur; quia enim non semper apud sedem & do-
micilium suum fixi permanere poterant, ob peregrinationes inevita-
biles, non rarò imminentes, propter quas à loco, ubi incolatum te-
nent, abesse cogebantur, & verò custodes rerum, prout optabant, can-
didos, quibus tuto, & sine periculo vel amissionis, vel consumptionis,
atq; dilapidationis, invenire, & ad manus continuò habere non pote-
rant, sicq; fido rerum suarû custode indigebant; converterunt se itaq;
ad amicos, vel si nec eos præsentés haberent, ad alios, quorum vel per-
specta, vel celebrata beneficentia & integritas ex aliis rerum argumen-
tis ipsis erat, ut res suas apud eos deponerent, & custodiam earundem
ab illis impetrarent. Patet igitur, quòd, quemadmodum à parte depo-
nentis indigentia, quæ ipsum potissimum impellit, adest, & causam
huic contractui initialem præbet: ita ratione depositarii beneficentia
& studium serium in necessitatibus proximo subveniendi inducat de-
positum, exindeq; præprimis causetur. Et, cum secundum Philoso-
phum *8. Nicomach. 13.* beneficentiæ præmium honor sit, nec aliud lu-
crum, vel commodum pecuniarium præstitutum reperitur; hinc fa-
ctum, ut hic contractus gratuitus absq; remuneratione fieret, uti alibi
fufius*

fufius deducetur. Ex quo ergo origo juri Gentium accepto refertur, relucet, depositi contractum antiquissimum esse. Unde quoq; exempla illius in sacris literis, & quidem Veteri Testamento, occurrunt; uti exhibet liber Tobiaë *cap. 4. versic. 21.* dum inibi proponitur, quod Tobias certam pecuniaë summam, & quidem decem argenti talenta, apud Gabelem cognatum suum, in Rages, Medorum civitate, habitantem deposuerit. *Add cap. 22. versic. 7. Exod. cap. 6. in pr. Levit. ubi de restitutione depositi agitur.*

II. Originem & causam introductionis primaviam excipiat discussio nominis & vocabuli depositum, cujus derivationem JCtus in *l. 1. pr. ff. h. t.* insinuat, depositum exinde dictum asserens, quod ponatur; & compositum esse à Supino *positum*, verbi *ponere*, additâ præpositione *De*, quæ, uti aliàs in cõpositione, cum alii verbo adhibetur; ita hîc quoq; augmentum & incrementum quoddam denotat, & quod ita positum est, auget ratione candoris, ut indicetur, sinceritati & fidei illius, penes quem ponitur, depositum unice commissum esse, quod ad custodiam spectat, quemadm. *Ulp. d. l. subjungit.* Hanc quippe fiduciam deponens de depositario concipit, fore, ut aliquando ad peti- tum suum depositû bona fide sit restitutus. Patet igitur, quod vocula illa præpositiva inefficaciter, & sine singulari emphasi adjecta verbo non sit: sic enim voculas JC. considerare solent, ut perperam non sint positæ *l. 142. ff. de V. S. l. re conjuncti 39. ff. de leg. 3. vel expungendæ veniant, l. fin. C. de donat. l. 1. ff. quod met. caus.* Diff. quoad etymon. vocis *Gofred. in summ. tit. de pos.* cujus sententiæ subscribere videtur *Mozz. d. l. h. t. in pr. n. 2.* depositum qf. deorsum positum dici autumans; quod ipsum tamen, argumento ab absurdo deducto solidissime refutavit *Magnif. Dn. Ungepaur JC. famigeratissimus, & Facultatis Juridicæ Ordinarius meritissimus, Patronus & Præceptor meus devenerandus Exercit. ad Inst. 10. q. 10. in Nego.*

III. Alia porro atq; alia nomina depositum recipit, dum jam receptum dicitur, ut in *l. 1. §. merito ff. h. t.* jam commendatum *l. Lucius 24. l. Publica 26. pr. ff. h. t. l. cum hereditas 9. C. eod. l. 186. ff. de V. S. ex quibus textibus relucet, quod tria hæc, deponere, custodiendum dare, & commendare à Veteribus synonymicè usurpata & promiscuè posita fuerint. Hinc commendatum idem esse quod depositum, scribit *Rom. nus Conf. 350. incip. In casu proposita in pr. sibi. Mandos. in addit. & Confil. 500. incip.**

cap. Summarius questionis casus. n. 1. Accuratè tamen loquendo inter se differunt, & commendatum latius patet, quàm depositum, cum depositum commendato includatur hæcenus, quatenus omne depositum est & dici potest commendatum; qui enim deponit etiam commendat, sed non retrò, omne commendatum est depositum; utpote cum de laude & testimonio commendatum etiam prædicetur, dum quos commendamus, laudare, & literis commendatitiis ornare, dicimur. *Gædd. ad d. l. 186. ff. de verb. signif.* adeoq; respectum & differentiam generis atq; speciei ad invicem sustinent. Quando ergò in citata Lege exprimitur; depositum idem esse, quòd commendatum, tunc hoc effectivè accipiendum, & ita interpretandum, ut nihil aliud indigitet in usu juridico commendare alteri rem, quàm deponere, quia facti species in *d. l. 24. & l. 25.* erat proposita de eo, qui rem alii tradidisset, traditamq; ei commendasset, & sic J.C. commendandi verbo usus est pro deponendi, Vid. *Prænobil. Dn. D. Richter* in *clut. e. hujus Academia Salana p. 1. Pro Rector Magnificus, Patronus ac Præceptor in eus summè colendus, in Colleg. contract. disp. 5. thes. 1. lit. a. in notis post princ.*

IV. Sic quoq; vocabulum depositi *πολύσημον* est & implicativum, nec uno modo in jure nostro usurpatur, denotat quippe 1. demolitionem & destructionem rei; sic tigna deponere dicitur in *l. insipulantem 38. §. sacrum 5. versio. sed si reficienda navis ff. de V. O. ædes demolitæ, depositæ nuncupantur, l. 23. §. fin. ff. de usucap. l. 9. §. 2. ff. quod met. caus. l. 4. §. 5. ff. fin. regund. l. 2. §. 17. in med. ff. ne quid in loco publ. 2. Objectivè rem ipsam depositam, veluti cum habetur, quòd depositum restitui debeat, *l. 1. §. 22. l. 5. §. fin. l. 12. §. 1. ff. h. t. l. 10. C. eod.* figuratè tamen id fit & metonymicè; item res ipsa dicitur pro negotio sive contractu *Treutl. vol. 1. disp. 26. thes. 1. lit. a. Stamler de contract. disp. 5. n. 3.* quia restitutio non in contractum, sed rem depositam cadit. 3. Contractum, qui ex depositione penes amicum vel alium asservandæ rei causa inducitur prævio consensu depositarii *l. juris g. 7. §. 1. ff. de pact. §. sed jus quidem. versio. Ex hoc jure. Inst. de J. N. G. & C. Mantica d. lib. 10. tit. 1. n. 2.* Posterior significatio & acceptio hujus propriè loci est.*

V. In qua describi potest, quòd sit contractus realis, quò alicui res gratis custodienda & asservanda committitur, ut eam in individuo aliquando restituat. Cujus, sive definitionis, sive qualis qualis descriptio

ptionis, verba singula patebunt in sequentibus, unde illa hic examine supersedeo.

VI. Celebratur hic contractus inter deponentem sive illum, qui tradit, & depositarium, sive illum, qui accipit, cujusque fides sectatur, actuali rei traditione intercedente, & tractatu de super habito; adeoque deponens & depositarius constituunt causam efficientem depositi societatem, quatenus ille huic rem, prævio consensu de custodienda eâ, tradit, & fidei illius committit.

VII. Et quidem (quod deponentem attinet) unicuique rem apud alterum deponere integrum est, qui intellectu præditus est, & plenum addere consensum, quoad obligationem sui, valet, neque expressè prohibitus reperitur; cum actus depositi sit ex genere permissorum, ad quæ omnes regulariter admittuntur, *l. i. §. i. ff. de testib. l. 12. ff. de judic.* Promiscuè igitur hunc contractum celebrare quilibet potest sine ullâ differentiâ sexûs, aut potestatis, sive patriæ, sive dominicæ: Unde capaces mulieres æquè sunt atque masculi, *l. 26. pr. ff. h. l. filiifam. perinde atque patresfam. l. 19. ff. eod. l. 18. §. i. ff. de judic.* servi ac Domini, *l. i. §. 17. 30. & seq. l. 11. ff. h. l.* non attentò, utrum unum duntaxat, an verò plures agnoscant & habeant dominos, adeoque communes sint, *d. l. i. §. 31. ff. eod.* & utrum apud verum dominum commorentur, an verò ab alio, bonâ tamen fide, possideantur, *d. l. i. §. 27.* & sive titulo oneroso, veluti emptio-
ne venditione, sive lucrativo; utpote jure hæreditario dominus eum acquiserit, *d. l. i. §. 29. l. 16. C. de O. & A.* sive plenum dominium, sive proprietatem, vel usumfr. aut nudum quoque usum Dominus in eo habeat, *d. l. i. §. 28.* Quibus in casibus indistinctè servus non sibi, sed domino suo actionem, perinde uti alia omnia jura, de jure civili acquirit, *d. l. i. §. 17. & 27.* idque verum est, & indiscriminatim obtinet, sive in eadem causâ servus permanferit, sive alienatus vel manumissus fuerit; quemadmodum enim dominium rei hæc ratione non mutatur, sed pristini domini remanet: ita quoque eidem & non alienato, vel manumisso servo restituenda illa venit, ut proinde acquisitio ratione novi Domini, in quem translatus, vel etiam quoad propriam personam, quando sibi met relinquitur, hoc in passu cesset, utpote cum initium contractus inspicitur, & exinde de acquisitione dijudicetur, *l. i. §. 30. ff. h. l.* Idem juris est in Monacho, vel alio religioso, qui, si deposuerit, & hæc ratione monasterio, cui se mancipavit, actionem acquisiverit, fixa manet illa actio apud

Monasterium, cui semel quaesita est, nec transit ab eo, ut ut de consensu & licentiâ superioris Monachus religionem mutârit, seq; ad aliud Monasterium contulerit, *Paul. de Castro in l. antepen. C. de usuf.* Planè restitutione manumisso, vel alienato seruo factâ bonâ fide, & cum ignorantia mutati Domini vel conditionis vel manumissionis, liberatio nihilominus obringit depositario, ut adeò à vero domino hoc nomine inquietari amplius nequeat, *l. ii. ff. b. t.* Quod etiam obtinet, quando extraneo hisce in terminis (quibus seruus deposuit) putans eum Dominum esse, bonâ fide depositarius rem restituit, quia æquè liberatur, propter bonam fidem; veruntamen Dominus convenire potest eum, qui rem accepit & detinet actione ad exhibendum, quâ ipsi tenetur, uti disponitur in sæpè *d. l. i. §. 32. ff. b. t.* Quando autem è contra depositarius certam pecuniæ summam, quam à seruo alieno in depositum accepit sub hâc conditione, ut eam Domino servi pro libertate daret, Domino loco mercedis tanquam suam numeravit, hoc in passu nî mentionem illius injecerit, & dominum certiorârît, non magis liberatur, ac si planè nihil exsolvisset, adeò que obligatus adhuc remanet, juxta *d. l. i. §. 33. ff. b. t. Stamler d. l. thes. 25.*

VIII. Præterea non solùm Dominus, qui plenum in re jus habet, cujusq; adeò res propria in totum est, deponere potest, *l. 17. §. 1. ff. b. t.* verùm etiam is, qui jus aliquod in ea præterdit, ut creditor ratione pignoris in securitatem crediti sibi constituti, *l. 9. C. de pign. act.* imò & is, qui dominium, vel simile jus in re, planè non habet, sed in nudâ possessione vel quasi se fundat, veluti fur & prædo, *d. l. i. §. 39. l. 31. §. 1. ff. b. t. l. 64. in pr. ff. de judic.* ubi habetur, quòd & illis depositum restituere conveniat, cum & eorum interfit rem depositam recuperare. Id tamen aliquando aliter se habet; si enim verus rei dominus, de quo constat eum talem esse, interim supervenit, & cum fure vel prædone concurrit, sicque rem suam vindicat, tunc ad evitandos circuitus illi potiùs, quàm prædoni, furi, aut cuivis M fidei possessori res deposita reddi debet; ita enim suum cuiq; tribuere convenit, ut non distrahatur ab ullius personæ justiore repetitione, uti eleganter disponitur in *l. bona fides 31. §. 1. ff. b. t. Caroc. part. 1. q. 3. n. 8. de depof. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagm. jur. univ. lib. 23. c. 3. n. 9. in fin. Bald. Consil. 480. incip. Ista questio in pr. lib. 4. Add. Stamler d. l. thes. 22.*

IX. Procurator quoque, jussum à Domino, habens, deponere potest.

est, l. 1. §. 1. *versic. Si verò tuo nomine. ff. h. t.* ubi de actione depositi hoc in casu illud disponitur, quòd eà quidem Procurator domino non teneatur; interim tamen conventus à domino mandati iudicio actionem, quam adversus depositarium habet, cedere debeat. Simili modo depositario permittitur, rem penes se depositam alteri tradere, & ita apud alium eam vicissim deponere, quo casu, siquidem depositarius secundus dolum commiserit, actionem, quam adversus ipsum habet primus depositarius, deponenti suo, qui rei dominus est, cedere non minùs compellitur, adeoq; de dolo tertii hæcenus, quoad actionis cessionem, tenetur, l. si is. 16. ff. h. t.

X. Et tam unus, quàm plures deponere possunt, ubi ante omnia inspiciendus venit tenor depositi, qui, si ita conceptus fuerit, ut ab uno quolibet totum repetere liceat, in solidum quisq; actionem instituere & depositum repetere valet, quod secus evenit, quando pro parte solum depositio facta est, tunc enim singulis interesse solum persequi indulgetur, *Ronbegall. in l. 1. ff. de duobus reis. §. sed si quis. n. 2. vid. latè Franc. Mautica. d. l. tit. 7. per tot.* Quod verò de depositione unius dixi, illud strictè accipiendum. neq; ad sequestrationem, utpote in quâ plures requiruntur, ceu suo loco dicitur, extendendum erit *d. l. 17. in princ.*

XI. Deniq; non solum per nosmet ipsos, sed etiam per alios deponere, & ita depositi actionem acquirere nobis possumus. V. gr. si Titius rogaverit Mævium ut rem suam Cajo servandam tradat, inter Titium & Cajum actio depositi nascitur ex facto Mævii; utique si Titii nomine Cajo receperit; secus si Mævii deponentis nomine depositum acceperit, tunc enim inter Mævium & Cajum depositum contractum dicitur, & Mævius Titio actione mandati tenetur, quâ conventus ipse cedendo actionem liberabitur ex tenore *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Planè, si Titius Mævio sub hac conditione dedit, ut perferat ad Cajum, quò eam servet, & si Cajo non recipiat, ipse Mævius custodiæ gratiâ penes se retinere debeat; & Cajo non receperit, mandatum intelligitur esse contractum, quod legem custodiæ habet, non autem depositum, uti subjungitur in §. 12. d. l. 1.

XII. Hæcenus de personis, quæ licitè apud alterum deponunt, Quod attinet personas, quæ deponere prohibentur, ad illarum censum referuntur *infantes*, utpote omni sensu, *l. 22. §. 2. ff. de acquir. poss. & intellectu destituti*, §. 9. *Inst. de inutil. stipul. furiosi continnâ mentis aliena-*

natione laborantes, arg. S. 8. *Inst. de inutil. stipul. l. 14. ff. de offic. Præsid.* Secus, si dilucida habeant intervalla; tunc enim tempore intermissi furoris deponere non prohibentur, & ratum illud depositum habetur, uti facile patet ex cessatione rationis prohibitiæ, *Prodigi* juridicè sic dicti ad exemplum furiosorum, arg. l. 12. §. 2. *in fin. ff. de Tut. & Curat. dat. l. 6. ff. de V. O. Pupilli* spretà tutorum, quos habent, autoritate ad hunc effectum, ut ipsi teneantur contrarià depositi actione, arg. l. 41. *ff. de Condict. indebit. l. 59. ff. de O. & A.* nisi locupletiores facti fuerint, vel dolum malum in re deposita commiserint; tunc etenim convenire efficaciter possunt, in quantum locupletiores redditi sunt, l. 1. §. 15. *ff. b. t. Magnif. Dn. Richter cit. loc. tit. 6. in not. Molina de j. & j. tom. 2. tract. 2. disp. 525. n. 2.* Deportati propter fictionem juris inductivam, quâ pro mortuis habentur, *Mysing. & Interpp. comm. ad S. pænæ servus. 3. n. 2. & seqq. Instit. quib. mod. jus P. P. solv. vid. l. bona fides. 31. in pr. ff. b. t.* quo loci disponitur, quod si reus capitalis iudicii deposuerit, & postmodum deportatus fuerit, depositarius putativus id, quod depositum est, fisco restituere, teneatur.

XIII. Quæ in præcedentibus de personis deponentibus allata sunt, eadem quoque ob naturam correlativorum, de quibus par fertur iudicium, in depositariis passivè militant; ut ad eò universum, qui recipere depositum peculiariter non prohibiti reperiuntur, apud eos rectè deponatur, utpote apud filiumfam. l. 1. §. 42. l. 21. *pr. ff. b. t. pupillum* tutore autore, aliàs non nisi duobus casibus thes. II. relatis, l. 1. §. an in pupillum 15. *ff. b. t. l. 2. ff. de fideiuss. & si factus fuerit locupletior, in id tantum teneatur, quantum locupletatus, non ultra* *Perr. Gregor. Tholos. d. l. n. 10. Caroc. p. 1. q. 3. n. 21. servum, l. 1. §. 18. 42. versic. idem & in servo. l. 21. §. 1. ff. b. t. l. institutores. C. de Instit. act. Mozz. d. l. rubr. de person. quæ poss. depon. vel non. n. 4.* Ecclesia quoque passivè capax est depositi, ita, ut & illa depositum recipere valeat secundùm Canonistas in *cap. 1. X. de pos.* potest enim ad restitutionem illius conveniri, quantumvis depositum in utilitatem & commodum Ecclesiæ, putà extructionem, vel similem usum necessarium, versum non fuerit, dummodò corpori Ecclesiæ sive collegio insinuatum fuerit, uti ex *Ripa* annotavit *Mozz. citat. loc. n. 6.* & est textus in terminis in *d. c. 1. ex. b. t. Ibi: persona non Ecclesiæ commendatam:* quamvis aliud statuatur *Rosella de casib. conscient. verb. depositum. n. 5.* Similiter apud plures æq; ac apud unum deponere licet, l. 1. §. 42. *ff. b. t. l. 9. pr.*

l. 9. pr. & S. 1. de duob. reis. quemadmodum antiquitus in more positum fuit, ut apud argentarios deponeretur, *l. 7. §. 2. & ult. ff. h. t.* Et hoc casu, quando apud duos pluresve, res deposita est, adversus unumquemq; eorum actio institui potest, nec alter liberabitur, si cum altero agatur, cum non tam electione, quam solutione liberentur, quo de pluribus consuletur *Franc. Mantica d. l. tit. 8. per tot.* Non tamen quilibet in solidum conveniri efficaciter poterit, sed pro rata ab illis repeti debet, cum divisionis beneficio gaudeant, *Aymon. Cravetta Consil. 924. incip. Non possum. n. 19. vers. Quastum etiam.* nisi renunciaverint illi, *Bald. Consil. 236. incip. Viso instrumento in pr. lib. 5. vel in dolo constituti sint;* tunc enim tantum abest, privilegio hoc divisionis juventur, ut etiam beneficium cedendarum actionum eis denegetur, *arg. l. 1. §. 14. ff. de tut. & rat. distrah. junct. l. 1. §. si ap. duos. 43. ff. h. t.* quod tamen alias, excluso divisionis beneficio, facilius concedi solet. *Vid. eleg. Caspar. Caballin. in tr. divid. & in divid. p. 3. n. 165. & seq.* Planè apud dominum ipsum res sua deponi non potest ad hunc effectum, ut actio depositi exinde nascatur, *l. 31. §. 1. in fin. ff. h. t. l. 45. ff. de R. J.* uti fusiùs in subsequentibus deducetur.

XIV. Materia sive objectum circa quod depositi sunt res omnes, quæ sub factum & custodiam cadunt, *l. 31. ff. h. t.* tam mobiles, de quibus nullum dubium, quam immobiles, *arg. l. 72. ff. de V. O.* Quamvis enim, inspectâ primævâ vocabuli depositi originatione, quæ motionem de loco in locum, cujus immobiles res expertes sunt, supponere videtur, depositum sit referendum solum ad mobiles res: attamen tractu temporis paulatim, extensum, & rebus non minùs immobilibus accommodatum est, ex quo & illæ suo modo tradi cæperunt: licet non difsitear hanc doctrinam veræ traditioni, quæ per de manu in manum translationem expeditur, parùm convenire, & hîc ad radicem depositi non usq; adeò quadrare velle. Verùm enim verò si usum juridicum inspiciamus, & exinde rem totam dijudicemus, utiq; apprimè naturæ depositi est consentanea. Quid enim aliud effectivè deponere denotat & hîc aliud significat, quam rem aliquam alterius fidei committere & custodiæ commendare, *l. 24. ff. h. t. l. 1. in pr. ff. eod.* quod ipsum per actum aliquem veræ traditioni juridicè similem & æquipollentem fieri posse, nemo puto inficias ibit, experientiâ quotidianâ id comprobante, & etiam textibus juris commonstrantibus, in quibus custodia de rebus immobilibus, utputâ in *fulâ. l. 11. ff. de pericul. & commod. rsi vendit. l. 72. ff.*

de V.O. (in qua ea tradita aperte proponitur) non minus quam mobilibus prædicatur. Et sanè lubricum admodum ac fragile argumentum pro negatione hujus quæsitæ nequitur exinde, quod immobiles res, cum furto auferri nequeant, custodiâ non egeant, adeoq; finis depositi deficiat. Etenim præsuppositum illud minus conceditur, quod in totum deficiat depositi finis, cum, licet hoc darem, furto eas abripi haud posse; attamen ultra id ex desertione, & citrà custodiam alio modo corrumpi, deteriorari, aut saltem diminui possint, veluti surreptis januis aut fenestris ædium: aut avulsis & asportatis plantis, fatis, ramisve arborum. Hæc igitur & simili consideratione admittenda, istiusmodi res deponi posse, facillimè quisque concedet. *Vid. pro hac sententiâ ulterius Dn. Frantzk. in Comm. ff. ad h. t. n. 6. & seqq. Bachov. ad Treul. vol. 1. disp. 26. thes. 4. lit. D.*

XV. Porro non minus alienæ, quam propriæ res in depositum cadunt, *l. 31. §. 1. ff. h. t.* nec enim quicquam in depositarium transfertur, *l. 17. §. 1. ff. eod.* Propriæ tamen, quæ propriæ, apud dominum ipsum deponi nequeunt, juxta dicta in *thes. 7.* cum bonæ fidei non convenire censeatur, ut suam rem dominus ipse alteri restituere compellatur, *l. 31. in fin. ff. h. t.* Quando autem in casu contraventionis dominus rem suam penes se deponi patitur, hoc ipso nullatenus dominium in deponentem translatum esse putandum est, per ea, quæ conclusivè tradit *Bartol. in l. si rem aliquam. ff. de acquir. poss.* Ratio in promptu est, quia ad translationem dominii, jure regulariter prohibente, concurrere nequit duplex fictio, *l. 1. C. de dot. promiss.* quod hoc in passu fieret, primò siquidem titulus veræ donationis adesset, quæ exinde resultat, quod initio fingeretur dominus deponenti rem illam tradere, quam existentem suam, patitur apud se deponi; Deinde fingeretur quoque brevi manu tradere rem eandem, *Roman. Consil. 350. incip. In casu propositæ consultationis. n. 15. & 16.*

XVI. Quinimò non magis subsistit depositum, licet is, qui suscipit custodiam, ignoraverit se illius rei dominum esse, *l. qui rem. 15. ff. h. t.* Ideoq; si fur ignorans, rem, quam filio, vel servo surripuit, apud patrem vel dominum eorum ignorantem deposuerit, actione depositi eam repetere non potest, dum enim alii sua res, quasi aliena asservanda traditur, depositum nullo jure subsistit. Unde etiam si ignorans dominus rem suam restituerit, quasi depositam, tanquam indebitum solutum, condicere potest, *l. 31. in fin. ff. h. t.*

XVI. Cæ

XVII. Cæterùm quod dixi *thes. 13.* rei propriæ, quâ propriæ, depositum nullum esse, id hunc sensum recipit, si pleno jure dominus sit, nec alius quicquam legitimi juris in ea prætereundere habeat. Unde si penes alium possessio sit, nihil impedit, quò minus rem propriam asservandam quis recipiat respectu possessionis illius apud alterum existentis, *arg. l. 6. §. fin. ff. de precar. l. 28. ff. de acquir. poss. ubi Alexand.*

XVIII. Res insuper tam in specie consistentes, ut purpura, lana, *l. 1. §. 40. ff. b. t. lanx. l. 22. vers. Quod si lancem. ff. cod. l. si stipulatus sim. 81. §. 1. ff. de solut. instrumenta, l. 6. C. b. t. tabulæ testamenti, d. l. 1. §. 38.* quàm functionem in genere recipientes, sive ad numerum, ut pecunia numerata, *d. l. 1. §. 33. & seq. l. 7. §. 2. l. 8. & passim ff. b. t.* sive ad pondus, veluti aurum, argentum, *d. l. 1. §. 40. in pr. l. 26. §. ult. ff. b. t.* sive ad mensuram dentur, putà oleum, *l. 9. §. 3. ff. de dol.* Quin & animal deponi posse, dubium nullum est. *V. gr. homo. l. 1. §. 5. 9. 10. l. 7. in pr. ff. b. t. l. 14. §. 1. l. 61. §. 5. in fin. ff. de furtis. equus, d. l. 1. §. 5.* in qua per modum regulæ additur, quòd, quæ rebus depositis accedunt, deposita non intelligantur; veluti si equus cum capistro, vel servus vestitus depositus fuerit, & ideo nec capistrum, nec vestis, actione depositi separatim & singulariter repeti queant, quamvis aliud placeat *Carocio part. 1. tit. Quid veniat in act. depos. n. 4. & seq.*

XIX. Diversum tamen obtinet, quando cista vel valisia deposita est; tunc enim depositum non solum ad cistam vel valisiam, sed etiam contenta in illis, & singulas species refertur, quæ omninò restituendæ veniunt; nisi casum fortuitum, & quòd ita ablatae fuerint, depositarius probare possit, uti in Scabinatu responsum fuisse refert *Georg. Beatus in sentent. de fin. de contrah. lib. part. 1. cap. 3.* hunc in modum: *Die weil ihr berichtet / daß ihr das Lädlein mit Gelde / so eine Frau bey euch zu treuen Händen hinderlegt / dergestalt angenommen / daß die Frau den Schlüssel dazu behalten solte / und ihr dasselbe in eurer grossen Kisten verschliessen wolte / ihr auch dasselbe also gethan / und aber aus eurer Frage nichts zu befinden / daß eure Kiste zerbrochen gewesen / so sendt ihr auch der Frauen das Geld / so sie im Lädlein / daß ihr in eurer Kisten geschlossen gehabt / wiederumb zuzustellen / und da etwas davon gekommen / ihr dasselbe zu erstatten schuldig. B. N. B.* Nec interest, utrum sciverit, an ignoraverit, quales res in cista vel valisia repositæ & conclusæ fuerint, quia non opus est, ut res contentæ in cista singulariter demonstrarentur (quamvis

aliud placeat *Dn. Carpzov. lib. 2. Resp. jur. tit. 5. resp. 69.*) ita, ut depositarius oculis suis conspiciat & cognoscat species inclusas; cum periculosum sit deponenti & non consultum, pecuniam, vel aliam rem pretiosam ostendere; nostra qui ppe interest, secreta patri noni non pro palare, & divitias hâc ratione invidiæ exponere, l. 2. in pr. versic. *Quid enim tam durum. C. qn. & quib. quart. pars deb.* Vid. hanc in rem *text. in l. 1. §. 41. vers. Labe a. ff. b. t.* qui sanè, verbis Ulpiani refragantibus, non poterit restringi ad casum, quo res inclusa prius depositario ostensa, & ita tradita fuerunt; cum ignorantiam potius depositarii, & sic diversum casum supponant & includant verba posteriora, per modum ampliacionis prioribus subjecta. Cæterum quid juris hoc in passu obtineat, quando deponens, postquam cistam vel valisiam recepit, dicit: se non omnes res, quibus cista repleta fuit, invenire, sed quasdam deficere, difficile admodum decisu reputatur? In qua quæstione communiter eò itum est, ut siquidem cista clausa, vel signata, prout fuit deposita, reddatur, deponens legitimis & urgentibus probationibus intentionis suæ fundamentum demonstrare; adeoq; convincere depositarium debeat, res istas secundum assertionem suam in cista vel fardelo fuisse. *Jos. ph. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 510.* Si verò cista aperta, scissa vel resignata restituatur, propter dolum præsumtum probari possint res, quæ in cista fuisse allegantur, juramento deponentis, nisi facti & personarum qualitas aliud suadeat, ut, si cista per se facile referari potuerit, & de depositarii fide & probitate constet, vel deponens non consignasset apud hospitem, vel ei custodiam non demandasset, sed illam ipse retinisset, de quibus & similibus exceptis casibus latissime agunt *Menoch. de A. J. Q. lib. 2. Cas. 208. n. 26. cum seq. & Mascard. d. loc. Add. Franc. Mantica d. l. tit. 5. n. 3. & seqq. Gometz. tom. 2. V. R. c. 7. n. 2. versic. Idem adde. Schrader. d. l. n. 38. Pruckman. Consil. 41. n. 62.* Idem obtinet, quando valisia non clausa, neq; ob signata, deposita fuit; uti suo tempore in ejusmodi facti contingentia pronunciatum fuisse testatur *Georg. Beat. d. loc. c. 5.* sequentibus verbis: *Als ihr uns Bericht gethan / wie ein Doctor einem Studenten eine Lade oder Kästlein unvergeschlossen und unversegelt / zugestellet / und wie hernach anderswo der Doctor gestorben / und was Vermangel gefunden / und gebehthen habe / S. W. Ob wohl gemelter Student mit der Haussuchung / davon eure Frage melbet / billich verschonet wird / dieweil er aber dennoch ständig / daß der Doctor als er ihme die Lade*

zu verwahren gegeben/zu ihm gefaget/das er all sein Armuth in der Lade habe/und der Erben Diener/dem er die Lade zugestellet/ gefaget/das die Lade nirgend so schwer sey/ als sie gewesen/ da er sie auff den Wagen getragen/ und gemelter Doctor sonst gegen einen Magister sich vernehmen lassen/das er die Lade höher achte/denn sein Haus/welches er doch um 900. fl. und höher gebothen/ und als ihm der Magister ein Thaler des alten Schlags/mit Köpfen/auff beyden Seiten geweiſet/ gesagt/ er habe der auch wohl/und sonst aus des D. Handschriften befunden/das er in majore 30. Thaler/in minore 20. Thaler neben ander Geld verzeichnet/ und das er sonst noch eines Sacks/ daraus man 60. fl. entrichten/ und die übermaß seiner Hausfrauen und Kindern zustellen solle/gedacht/ aber gar kein Sack mit Gelde in der Lade/ auch kein alter Thaler mit Köpfen gefunden worden/aber gleichwohl des Doctors Hausfrau berichtet/das sie/ ehe der Doctor die Lade weggeführt/ grössere Säcke mit Gelde in der Laden drinnen ligen sehen/ so wird gemeltem Studenten aufferleget/sich endlich zu purgiren/das er aus solcher Laden nichts genommen/ noch nehmen lassen/sondern dieselbe allenthalben/ wie sie ihm der Doctor zugestellet/den Erben wieder überantwortet habe/W.R.W.

XX. Forma depositi vel essentialis est & intrinseca, vel accidentalis & extrinseca. Essentialem constituit actualis rei traditio consensu prævio deponentis & depositarii facta, de ea gratis custodiendâ & in specie restituendâ. Requiritur igitur præprimis, ut res re verâ tradita fuerit depositario, quod ipsum commune habet depositum cum sibi junctis realium contractuum speciebus, utpote quæ similiter absq; rei alicujus interventu obligationem nullam producant, *tot. tit. Institut. quib. mod. re contrah. oblig.* Proinde si solum convenerit de custodia inter deponentem, & eum, qui rem recepturus est, obligatio nulla ex defectu depositi inducta est, quia necdum aliquid vigore conventionis, quæ quasi in suspenso est, & rei interventu demum perficitur, traditum, & extrâ depositum nil nisi pactum nudum est, ex quo in foro civili obligatio & actio prodita non reperitur, adeoq; depositarius postea pœnitere, & recusando custodiam obligationis nexui se subducere potest, cum contractus re nondum sit perfectus, *arg. l. 7. §. 4. ff. de pact.* Simili modo Inec chirographum, in quo quis confessus est, se certam pecuniæ summam, vel similem rem ex causa depositi penes se habere, sufficiens est ad constituendam depositi obligationem, utpote quæ

non tam scripturâ, quàm traditione custodiæ causâ nascitur: adeoque ad probationis implementum rerum depositarum saltem conducitur per ea, quæ tradit J.C. in l. 26. §. fin. ff. h. t. Quemadmodum autem ex nuda conventionem sine interventu rei depositum non inducitur: ita nec est contra simplex traditionem rei hunc contractum inducit, sed qualificata & consensu utriusque contrahentium stipata sit, desideratur, cum nullus detur contractus, qui consensum, veluti animi enixi indicinam, non exposulet, & certo modo includat, l. 1. §. adeo ff. de pact. Ex quo datur intelligi, quod, quando simpliciter in Camera vel ædibus alterius, scientis etiam & patientis, res quædam illatæ sunt citrà requisitionem domini ædium, & petitionem de suscipienda custodia, ex defectu consensu depositarii depositum juridicè non sit celebratum, neque recipiens ad custodiam obligetur, vel de re deperdita (putà, si ostium apertum relinquatur, & illa exinde auferatur) aut deterioratâ ulla ratione conveniri possit *Sichard. ad l. 1. n. 9. C. h. t. Mantica d. loc. tit. n. 3. Gometz. 2. V. R. 7. n. 2. versic. Item adde, quod ad hoc & c.* Quin etsi quis expressè dixerit alteri, se penes ipsum certas res deponere, & recipiens non contradicat, tamen depositum non intelligitur celebratum, neque ipse, penes quem relinquuntur, de custodia rerum tenetur, cum ex reticentia tali ad consensum inferre hoc in passu non liceat, ubi agitur, ut quis personaliter obligetur, & ne damnum fortè incurrat, quin potius tacens contradicenti tunc æquiparatur l. 8. §. invitus. ff. de procurat. *Petr. Peck. in cap. qui tacet. 15. n. 6. de R. J. in 6. Bartol. in l. que dotis. ff. solut. matr.* Cæterum hæc sententia restringitur, ut habeat locum, i. nisi ratione officii assumpti personæ quædam obligatæ sint, ut nautæ, caupones, stabularii, balneatores. Eo enim ipso, quod in navi aut eorum domibus, ipsis, aut horum ministris, seu domesticis ad id deputatis, conspicientibus res quædam inferuntur & relinquuntur, custodiam harum rerum suscepisse censentur; unde non modò in factum actione conveniri possunt, sed etiã ex deposito obligantur, prout traditur in l. 3. §. 1. ff. naut. caup. stabul. l. 1. §. si quis vestimenta 8. ff. h. t. *Wesemb. in π. ff. naut. caup. stab. n. 5. Gometz. tom. 2. var. resol. cap. 7. n. 2. circ. fin.* Ex quo enim hæ personæ peritiam artis & officii illius profitentur, sciunt & noverunt, custodiæ causâ res inferri, & in id aedes quoque suas locant, ac operas præstant, unde consensus earum utique adesse præsumitur. *Carqz. d. loc. p. 1. q. 27. n. 8. Ludov. Molin. de J. & J. tom.*

2. tr. 2. disp. 522. n. 1. *ve. f. Intellige.* Quodsi tamen expressè dixerint, se nolle teneri, & ita de custodia protestati fuerint, monuerintq; deponentes suo eos periculo deponere, non tenebuntur juxtà tradita ab *Alex. andr. in l. 8. §. 6. de O. N. N. col. 8. in pr. Rutger. Ruland. tr. de commissar. & commission part. 4. lib. 4. cap. 4. n. 10. Mozzio d. loc. num. 10.* 2. nisi respectus conjunctionis & consanguinitatis vel affinitatis adsit, si enim amicitia, vel sanguinis conjunctio & affinitas inter deponentem & depositarium intercedit, tacitus & præsumtus consensus inducitur, *l. si servus communis ff. de donat. inter vir. & uxor. Rutger. Ruland. d. loc. n. 7. Fr. Mantio. d. loc. n. 4.*

XXI. Præterea traditio non alio fine fieri debet, quam ut res aservetur & custodia præstetur; in quo differt depositum à locatione & commodato, utpote qui contractus ad usum tendunt. *Vid. l. 25. §. 1. ff. locat. l. 1. §. 5. ff. de O. & A. l. 6 ff. de pos. §. 2. Instit. quib. mod. re contr. obl.* Nec igitur dominium vel possessio in depositarium transfertur, sed remanet penes deponentem, uti dicitur in *l. 17. §. 1. ff. h. t.* Patet hinc, quem sensum recipiat verbum *dandi*; & quatenus eo usus sit *JC. in l. 1. pr. ff. h. t.* Neq; enim eo modo, quo propriissimè accipi solet, & translationem domini denotat, usurpatur, uti & gerundium appositum, *custodiendum*, satis superq; insinuat, dum aliàs contradictionem in adjecto propositio redoleret; sed nudam traditionem denotat, illiusque verbi vim adsumit, *Stamler d. loc. thes. 6.* Ex quo igitur dominium penes deponentem remanet, traditum per manū est, quò depositarius re deposità uti, *l. 29. in pr. ff. h. t. l. 3. C. eod.* vel alii mutuari invito domino citra furti crimen nequeat, *Aymon. Cravetta tom. 1. consil. 106. incip. Honoratus Franconis, n. 7.* (quibus casibus duplex deponenti prodita est actio, una depositi altera furti, quarum altera alteram non consumit, quia ad diversos tendunt fines, vid. *Humm. ad Treutl. vol. 1. disp. 26. th. 6. lit. A. circ. med.*) nisi domini consensus expressus, ut in casu *l. 25. §. 1. ff. h. t.* vel tacitus accedat, quod fit, quando pecunia numerata, neq; clausa, neq; serata tradita, vel numerata est, ut in *l. 25. §. 1. ff. de pos.* tunc enim præsumitur data facultas, ut is, qui eam accipit, uti possit. *Cardinal. Tuschus præct. concl. tom. 1. lit. D. conclus. 198. n. 6. in pr. Mantio a. d. loc. rit. 3. n. 12.* quamvis non diffitear, depositum hisce in casibus obliquari, & notissimos illius terminos excedere, uti loquitur *JC. in l. Lucius 24. circ. med. ff. h. t.* vel nisi depositarius probabiliter putet, do-

minum

minum consentire, l. 76. ff. de furt. vid. latè & eleganter Dn. Franzk. d. l. n. 10. 23. & seqq. Et Magnif. Dn. Richter d. loc. thes. 1. lit. I. in quest. 1.

XXII. Custodia proinde in depositarium omnis transferri, & hujus gratiâ traditio fieri debet, juxta d. l. 1. in pr. ibi: ut ostendat, totum fidei ejus commissum esse, quod ad custodiam rei pertinet ff. h. t. Quid juris autem, quando non apparet cujus gratiâ, vel ex qua causa traditio facta fuerit? Hoc casu unanimi Doctorum suffragio receptum est, quòd præsumatur tradita res custodiæ gratiâ, uti colligunt ex l. cum præter 77. §. pluribus pater. 21. ibiq; Bartol. in specie de leg. 2. Mantica d. l. tit. 3. n. 2. Heig. ad §. præterea. n. 20. Instit. quib. mod. re contr. obl. adeoq; in dubio potius intelligitur depositum, quàm alius contractus celebratus, Schrader. d. loc. n. 9.

XXIII. Gratis quoque custodia sine præstatione mercedis à depositario suscipi debet, cum in casum contrafactionis in alium contractum similiter degeneret, & vel locatio conductio, si merces in pecunia numerata consistit, l. 1. §. si vestimenta §. ff. h. t. l. 2. §. generaliter de vi bon. rapt. §. fin. Instit. mandat. vel contractus innominatus, siquidem aliam rem accepit, efficiatur, d. l. 1. §. 9. ff. h. t. Et hoc in tantum verum est, ut si depositarius pro redditione pecuniam custodiæ ergò acceperit, ad illam restituendam actione depositi. l. ult. C. h. l. vel conditione ob turpem causam conveniri possit arg. l. ult. ff. condit. ob turp. caus. & l. penult. & ult. C. eod. Pacius tr. de deposito cap. 12. axiom. 60. n. 8. Planè honorarium aliquid pro remuneratione officii præstiti depositarius accipere non prohibetur; cum illud contractuum gratuitorum naturam nil quicquam immutet, l. 2. §. si in re deposita ff. de furt. nec enim ex conventionem, & sub specie mercedis, sed ex mera liberalitate deponentis illud proficiscitur, Schrader. d. l. n. 1. versic. Sin vero. ubi aliam limitationem addit, si videl. inter contrahentes expressè convenit fuerit, ut depositum censeatur, qua de vid. Fr. Mantica. cit. loc. tit. l. n. 7.

XXIV. Eandem denique in individuo rem, quam restituendam depositarius accepit, reddere deponenti convenit, & obligatio ad speciem restricta est, §. 3. Instit. ibid. quia & ipse de eadem re restituenda tenetur. Instit. quib. mod. re contr. obl. l. 2. ff. de reb. cred. l. 1. §. 5. ff. de O. & A. cum, siquidem actum proponitur, ut loco rei traditæ alia detur, depositi limites egrediantur, & contractus innominatus ex hoc negotio inducatur,

cur, l. 24. ff. h. t. circ. med. Quod ipsam regulariter verum esse tradunt
Dd. ad unum ferè omnes, quando species vel pecunia, sive alia quan-
titas clausa & obsignata (quæ naturam quodammodo specierum in-
ducit, arg. l. 51. ff. de leg. 1.) deposita est; ex obsignatione quippe satis patet,
deponentem voluisse hoc agere, ut ipsum corpus depositum reddere-
tur, arg. l. 29. in pr. ff. h. t. Treutl. vol. 1. disp. 26. thes. 6. lit. a. in not. princ. sed fal-
lentiam admittere, cum pecunia, vel alia quantitas non serata simplici-
ter ad numerum deposita fuit, quo casu tacitè actum inter contrahen-
tes videri, ut tantundem restituatur in genere, l. 31. versic. Idem juris esse
in deposito. ff. locat. l. 25. §. 1. ff. h. t. Ex quo enim quantitas functionem in
genere suo recipit, depositarius solvendo eandem ejusdem generis
quantitatem, censetur illam reddidisse, quam accepit & consumsit, Bel-
lon, lib. 1. supput. 4. vel quando, dum custodiæ causâ eadem deponitur,
cum facultate & venia utendi ad lubitum traditur, e. gr. si dictum :
committo pecuniam tibi asservandam, ita, ut si volueris, eâ uti possis,
l. 10. ff. de reb. creb. ubi dicitur, quòd non fiat mutua, priusquam mota
fuerit. Ex quo firmiter colligitur, quòd dominium non statim ab ini-
tio per traditionem in depositarium transferatur, sed motione vel
consumptione demùm, adeoq; ex post facto accipiens dominus efficiat-
ur. Quam assertionem non infringit *rext. in l. si quis 4. in pr. ff. de R. C.*
ubi in casu non usq; adeò ab simili periculum pecuniæ depositæ statim
accipientis esse dicitur, quod ipsum dominij translationem initialem
involvit, & supponit. Etenim ex litera casus inibi propositi pate-
scit, quòd contrahentes ab initio in mutuuum consenserint, & hâc
intentione de mutuo celebrando à peregrè profecturo quoque pe-
cuniam penes mutuatarium depositam fuisse adseritur. Quamvis
igitur, antequam in emptionem prædiorum secundùm propositum,
accipientis cõversa est pecunia, negotium illud speciem quandam de-
positi redolere, & præ se ferre videatur, re verâ tamen non subest, quod
vel exinde liquet; quia deponenti facultas libera re vocandi præcisa &
adempta est, quæ tamen ipsi permissa ubicunq; censetur, quando usum
pecuniæ simpliciter alteri roganti concessit. *Vid. plenius Dn. Franzk.*
d. loc. ad b. t. n. 31. & seqq.

XXV. Ad accidentalem formam referenda potissimùm veniunt
pacta, quibus subinde depositum informatur. Horum verò alia appo-
ni permittuntur, alia prohibentur. E numero permissorum sunt. 1. Ut
in rebus fungibilibus, & similitudinem in suo genere recipientibus

C

non

non eadem species, sed tantundem in pari quantitate & bonitate generice reddatur, *l. 26. §. 1. l. 29. §. 1. ff. b. t. Pacius de deposi. cap. 9. axiom. 41. n. 6. in fin. Franc. Mantio. d. loc. tit. 4. n. ult.* ubi subdit, quod depositum hoc irregulare appelletur, ut supra quoq; dictū. 2. Ut certo in loco, tali vel tali, restituatur, in qua alternatione electio competit deponenti, ut optet & specificet locum sibi commodum, & ad exhibitionem omnium optimè expedientem, *l. ei apud quem §. 1. ff. b. t.* summa tamen deponentis propriis hoc fieri, & ad locum denominatum perferri debet; illud enim actum, & inclusum conventioni intelligitur, (nisi aliud cautum & expressum reperiatur) ut non impensā illius, penes quem depositum est, sed illius, qui deponit, expediatur, ceu traditur *in l. si in Asta 12. pr. ff. b. t.* quod ipsum æquitati quoq; consentaneum est, cum recipiens custodiam in se beneficium præstat, *l. Lucius 24. in fin. ibi: beneficium in suscipienda pecunia dedit. ff. b. t.* unde indemnitas servari debet, *l. ei ap. quem §. 5. in fin. ff. eod. Mozz. d. loc. cap. de accidental. deposi. n. 4.* 3. Ut post mortem deponentis, vel depositarii demum reddatur. Quod pactum ita accipiendum, nisi voluntatis mutatio, quæ omnino permessa est, accesserit, *l. 1. §. 45. & seq. ff. b. t.* cum suapte naturā, in gratiam & commodum deponentis contractus hic regulariter celebretur, unde contrariā voluntate accedente intrā illud tempus, necdum expletum, exigi depositum potest, *vid. th. 30.* non obstante regula *l. 17. §. 3. ff. commod. l. 5. C. de O. & A.* quia cum dicitur, post obligationem contractus non licere mutare voluntatem, & ab initio contractus esse voluntatis, ex postfacto necessitatis, illud verum est respectu illius, ad quod quis alteri obligatus est, cum hætenus in præjudicium ejus, cum quo contractum est, resilire non liceat, non verò locum habet, quando obligatio, quoad revocationem, nulla vertitur; uti hoc in passu evenit, quo deponens rem penes alterum post certum tempus reddendam non est obligatus depositario, non repetere ante tempus, ideò voluntatem suam mutare potest, *Bartol. ad d. l. 1. §. si sic deposuero ff. b. t.* 4. Ut duobus deponentibus unus in solidum, vel pro parte agat, *d. l. 1. §. 44. b. t. Franc. Mantio. d. l. lit. 7. n. 1. ubi per tot. cap. agit, quemadmodum duobus, vel pluribus actionem instituentibus restitutio illis facienda sit. Caroc. d. tr. p. 1. rubr. Alter ex deponentibus an in solidum agere possit. n. 1. pag. mibi 171. in fin. Confer Rosellam. de casib. conscient. verb. depositum. n. 7.* 5. Ut periculum depositarius in se su-

se suscipiat, & de eo teneatur, *l. 1. §. 35. ff. h. t. l. 5. §. 2. circ. med. ff. commod. l. 7. §. sed etsi. 15. ff. de pact. l. & Aristoni 39. ff. mand. Mantica d. tit. 4. ni. Vid. Carocius d. tr. & loc. Rubr. de casu. n. 100. & seqq. ubi per conclusiones eleganter tradit, quomodo & quando periculum in se suscipiens teneatur de casu.* 6. Ut usurae praestentur ex deposito, quando videl. ad numerum aut pondus factum fuit, & ita quidem, ut tantundem reddatur; adeoq; cum in terminis anomali depositi, de quo supra versamur, *Vid. l. Lucius 24. ibiq; Bartol. l. Publica. 26. §. Lucius Titus. 1. ff. h. t. in quibus Papinianus JC. semper de ejusmodi deposito, quo pecuniae usus concessus est, loquitur. Diversum obtinet in deposito ob signato & clauso dato, cum depositario inibi usus praeripiatur; adeoq; si tunc pactum, ejusmodi de usuris praestandis intervenit, illud, utpote contra substantiam vel naturam depositi, quemadmodum habetur in *d. l. Lucius. 24. reprobatur & non valet, Mozz. d. loc. n. 6. & 7.**

XXVI. Ad numerum pactorum improbatorum pertinet, quando convenit, ut dolus non praestetur, quia illa conventio bonae fidei & honestis moribus refragatur; adeoq; permittenda non est, *l. 1. §. illud 7. ff. h. t. & nulla ratione effici potest, ne dolus praestetur, l. 27. §. illud 3. ff. de pact.* Quamvis pacisci licite possit, ne depositi agatur, & dolus implicitè remittatur, ut ibid. subdit JC., & habetur etiam in *d. l. 7. §. 15. ff. de pact.* Cujus ratio est, quia expressa nocent, non expressa non nocent, *l. 52. in pr. ff. de condit. & demonstr. l. 95. ff. de R. J. unde dolus futurus tacite remitti potest, expressè non item, Gloss. in d. l. 7. §. si paciscar. verb. ne depositi ff. de pact.* secus in dolo de praeterito, qui indistinctè sub remissionem cadit, uti Doctores adnotant ad *d. l. 27. §. 3. ff. de pact. Vid. eleg. Caroc. d. tr. p. 1. causa. 8. in pr. n. 2. & seqq. & Franc. Mantica d. l. tit. 4. n. 3. & seqq.*

XXVII. Finis depositi est custodia & asservatio rei traditae, eò quippe unice tendit hic contractus, ut in salvo res collocetur, neque domino intervertatur aut pereat. Quia enim non semper, & ubiq; rerum nostrarum curam habere, ob varias incidentes causas, possumus; ideoq; alios, quorum auxilio hoc in passu indigemus, sollicitamus, ut eas recipere & custodire velint, *Vid. th. 1. unde etiam regulariter deponentis gratia celebratur depositum, l. 5. §. 2. ff. commodat. & passim in ff. h. t. quanquam non negem, quòd subinde etiam utilitas depositarii, l. 4. in pr. ff. de reb. cred. tertii cujusdam, l. ult. §. 1. C. de bon. autor.*

jud. possid. tertii & deponentis versetur, l. 19. C. de usur. l. 26. pr. ff. h. t. Vid. Pacius tr. 4. de depos. cap. 4. n. 10. Franc. Mantica d. loc. tit. 2. n. 8. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 26. thes. 3. lit. B. & C. ubi Treutlerum dissentientem, & solius deponentis gratiâ depositum contrahi existimantem, relictissime refutat.

XXVIII. Cæterum, quod de custodia dictum est, illud alioversum trahi, & ita explicari non debet, quasi omnis, qui custodiam vigore conventionis in se suscepit, depositi protinùs obligetur. Quid enim, cum quis custodiam certo respectu & casu quodam eveniente in se suscepit, non utique depositum confestim inductum censetur, quantumvis custodia promissa fuerit; sed is demùm, cui principaliter, & non in consequentiam alterius contractus, res custodienda commissa est, aliàs enim attenditur primus contractus, *l. 1. §. idem Pomponius 14. ff. h. t. Mantica d. loc. tit. 1. n. 8. Caroc. d. l. in pr. q. 1. n. 4.* Proinde si quis acceperit mandatùm (de quo casu supra etiam dixi) de re ad alterum custodiæ causâ perferendâ, isq; eam accipere detrectârît, hoc in passu, quamvis ipsi custodienda commendata fuerit, non tamen depositi, sed mandati contractus celebratus intelligitur, quia custodiæ commendatio, & acceptatio venit saltem in consequentiam, intuitu certi casus & denegatæ custodiæ, *l. 1. §. quod si rem & §. idem Pomponius ff. h. t. Mantica. d. l. tit. n. 8.*

XXIX, Obligatur ex hoc contractu (*ut ad effectum deveniam.*) tam deponens depositario, quàm depositarius deponenti, sed diversimodè; ille enim huic directò & ratione finis principalis ex re deposita, adeoq; statim ab initio: Hic verò illi ex accidenti saltem & ex postfacto, quatenus videlicet quid impensum, vel aliud contigit, de quo postea dicitur.

XXX. Et quidem depositarii obligatio potissimum consistit
1. In custodia rei traditæ præstanda, eaq; tali, quæ omni dolo & lata culpâ careat. Unde, si fraudulenter circa rem depositam versatus fuerit, neq; parem diligentiam in asservanda ea habuerit, quàm suis rebus impendere solet, hoc nomine tenetur deponenti, adq; refusionem damni perpeffi in re deteriorata, vel ad æstimationem & justum pretium rei penitus deperditæ compelli poterit. Et quamvis non desint loca juris nostri complura, in quibus doli mentio taxativè quoad præsentem passum fiat, ut adeò primo intuitu obligationi suæ depositarius satisfecisse

cisse, dici possit, si custodiam ejusmodi, à qua dolus abest, præstiterit vi-
 gore dictionum taxativarum, quæ secundum *Matth. Wesenb. p. 2. Consl.*
95. n. 29. excludunt reliqua omnia non taxata, & inducunt quoad non-
 expressa negativam: nihilominus tamen latam quoque culpam in hanc
 obligationem venire intrepidè statuo; Scitum quippe est, quod particu-
 læ taxativæ solum, tantum casus similes vel similem rationem habentes,
 non excludant, sed ad remotionem eorum, in quibus minor ratio mili-
 tat, saltem dicantur, *Caroc. d. tr. p. i. caus. 8. tit. 2. n. 2. § 5. & Everb. in Top.*
loco. III. à natura dictionum taxativarum. n. 2. Jam verò latam sive latio-
 rem culpam in contractibus dolum esse, dolo æquiparari, sub dolo
 comprehendendi, adeoque doli appellatione venire, constat ex *l. 233. de V.*
S. l. i. ff. si mens. fals. mod. dix. l. 8. ff. de precar. l. quod Nerva 32. ff. h. t. cui tex-
tui vim inferunt, qui, demptâ particulâ negativâ, affirmativam substi-
tuunt lectionem, quam contextus & verba non admittunt, nec minùs
absurda consequentia respuit, Vid. Stamler. dict. loc. thes. 14. in fin.
& seqq. Humius ad Treutl. i. 26. lit. A. quæst. 3. & præprimis Dn. Emanzck.
Exerc. 9. quæst. 9. item in comment. ff. h. t. n. 81. & multis seqq. Latæ
 autem culpæ reus est depositarius, & hoc nomine tenetur, si rebus
 suis salvis res depositas amisit, ut quia eas negligenter in scamno jacere
 finit, cum proprias res diligenter in arcâ includeret, *Gloss. ad cap. 2. X. de*
pos. Vel si res proprias ex casu fortuito, utpote incendio, salvas serva-
 vit & eripuit, relictis & conflagratis rebus depositis; cum eadem dili-
 gentia, quam suis rebus adhibet, hîc requiratur, & illa concretivè consi-
 deretur, uti ex dicendis patebit. Et hisce consonanter Collegium Juri-
 dicum Helmæstadiense d. 23. Novembr. Ann. 1649. pronunciauit per ea,
 quæ *Magnif. Dn. Zahn in not. ad Wesenb. d. l. n. 14. pag. 594. circa fin.* subse-
 quentibus verbis testatur: *Thut sichs berichteter massen verhalten / und hat*
H. J. bey erstandener Feuersbrunst seine eigene Sachen und Kleider fast
eben an dem Orte / wo das bey ihm deponirte Geld verstecket gewesen / ge-
rettet / ermeltes depositum aber hinterlassen / und nicht mit heraus ge-
nommen: Dieweil ihm dann wegen solcher anvertraueten Gelder ohne
Verletzung guten Glaubens / seinen geringern Fleiß / als er an seinem eige-
nen Gute gethan / anzukehren gebühret / und obgelegen: So ist J. C. solche
deponirte Gelder zu erstatten schuldig / V. R. W. Quod ipsum tamen ex
æquitate restringendum, & ita accipiendum puto, nisi justam habuit
causam depositarius res suas præferendi; utputâ, quia illæ rebus depo-
sitis

itis pretiosiores erant; nec enim tenetur res depositas viliores rebus propriis pretiosioribus præferre, *Mantica. d. loc. tit. 9. n. 40. Pacius d. loc. axiom. 76.* Similiter in lata culpa constituitur depositarius, si servum, qui habendæ quæstionis causâ vincitus servabatur, depositarius, in tempestivâ misericordiâ ductus, solverit, ut habetur in *l. 7. pr. ff. h. t.* Ad eundem modum ex lata culpa tenetur, quando in rebus suis plus diligens est, quàm communis hominum natura desiderat, in rebus verò depositis adhibuit diligentiam debitam, quantam communis hominum natura efflagitat, adeoq; de casu, quo res deperdita, vel deteriorata, tenetur, cum diligentia, hinc præstanda, non metiatur ex aliorum, sed ex propria industria & cura; unde, quando non ita sedulus reperitur in rebus depositis asservandis, quàm in propriis, bona fides remittitur, & per consequentiam fraus præsumta inducitur, *Vid. Rosella de casib. consc. d. loc. n. 3.* Ex quo igitur vigore dictorum dolus & lata solum culpa præstantur; levis & levissima culpa in hanc obligationem non veniunt, nec casus fortuitus, vel improvisus & fatalis; talis nempe, cui humana infirmitas resistere *l. 1. §. 4. ff. de A. & O. quemque humanum consilium prævidere nequit, l. 2. §. 7. ff. de administr. rer. ad civ. pertin.* ut est mors animalium, fuga servorum, tumultus, incendium, inundatio aquarum, violentia ventorum, furtum, rapina; ideoque si res deposita ex aliquo horum infortuniorum casu perierit, securus est depositarius, nec ad damnum refarciendum ullâ ratione compelli potest, *arg. l. contractus. 23. ff. de R. J. l. 6. C. de pign. act. l. 37. & seq. §. pen. ff. de V. O. Hieron. Treutl. & Andr. Schopsf. Consil. 34. n. 13. & seqq.* dummodò, quod ipsi incumbit, adversum casum, remq; depositam per illum periisse, probet, *l. 1. versic. Quod si prætextu. C. h. t.* cum non sufficiat dicere & nudè allegare, casu fortuito rem, fidei suæ commissam, ablatam esse, vel interisse, *l. 5. C. de pign. act. l. 5. C. de fid. instrum.* Et hunc in modum quoque incluta huius loci Facultas pronunciavit per ea, quæ refert *Volckm. in form. Notar. p. 1. tit. 9. cap. 23. n. 10.* Sprechen wir etc. hat H. M. Hansen D. etlich Geld in einen ledern Beutel im vergangenen Kriege zu behalten gegeben/welches H. D. also und anders nicht/dann wo seines Herrn Händel und Gerechte blieben/solte das auch bleiben/angenommen/und in einen Kasten gelegt/ist nun in der Niederlage/solcher Kasten genossen/und geplündert/und H. D. würde solches mit seinem leiblichen Ende bereuhren/so were er H. M. derhalben Erstattung zu thun unverpflicht. *D. R. W. Hac*
ta

tamen aliquibus in casibus fallunt; utputà, si convenerit inter deponem-
tem & depositarium, ut aliquid amplius, quàm dolus & lata culpa
præstetur, nempe levis & levissima, inò etiàm casus fortuitus, sive pe-
riculum ab incursu latronum aut prædonum, item ab incendio, vel ali-
unde contingens, quæ conventio æque hinc atque in aliis contractibus
servanda est, l. 7. §. 5. ff. de pact. vel si depositarius sponte suâ depositum
se obtulerit, quo casu tamen eatenus solum se illigabit, ut de levi tene-
atur culpa, securus verò sit de casibus fortuitis, & levissima culpa, l. 2. §. 35.
ff. h. t. arg. c. 2. X. de pos. quamvis comuniter dissentiant Doctores, Pacius
d. l. c. 13. axiom. 80. Decius ad l. 23. de R. J. n. 3. Vid. Mantica d. l. tit. 9. n. 14. vers.
Sed hoc loco & seqq. Simili modo depositarius de levi culpa tenetur,
quando proprium interesse versatur, & aliqua utilitas ex deposito ad
ipsum redundat, juxta textum & regulam in l. 9. §. 2. ff. commod. (ex quo
patet, quòd culpæ vocabulum simpliciter prolatur, levem denotet,
Vid. tn. Dn. Frantzk. Exerc. 3. q. 8. n. 5.) Et hoc accidit in nautis, cauponi-
bus, stabulariis, comparatione rerum in navim, vel hospitium illata-
rum, qui etiàm ad levissimam culpam tenentur, l. 3. §. 1. naut. caup. stabular.
item in illis, qui curam molendini habent respectu tritici asportandi,
uti non minùs in sartoribus & fullonibus ratione eorum, quæ ipsis su-
enda, aut abluenda traduntur, & in aliis, quorum officium annexum
habet rerum custodiam, quique commodum exinde reportant; quia
scilicet depositum in eorum quoque commodum vergit ratione con-
tractus locationis conductionis cum eo conjuncti. Hisce consequens
est, quod ad levissimam etiàm culpam præstandam obstrictus sit, quan-
do ipse rem aliquam suæ tantùm utilitatis causâ custodiendam rece-
perit, Pacius d. loc. axiom. 80. & periculum castis fortuiti insuper ad
ipsum spectet, l. 9. §. ult. ff. de reb. cred. Pacius axiom. 82. n. 2. Mantica d. loc.
n. 18. & sequentib. quo nomine etiàm obstrictus est, si culpa aut mora
casum, qui aliàs non evenisset, præcesserit, & causam illi præbuerit; pu-
tà; si depositarius rem depositam alienet, eamque postea redimat in
causam depositi; nam etiàm si processu temporis sine dolo malo
perierit: tamen depositarius de hoc casu tenetur; quia semel dolo fe-
cit alienando rem depositam fidei suæ commissam, uti tradit Ulp. in l. 1.
§. 25. ff. h. t. Hoc tamen in casu deponens, dolo & latâ culpâ depositarii
rem periisse, ostendere debet per ea, quæ latè tradit, & præjudiciis com-
probat Dn. Carpov. lib. 5. Resp. jur. tit. 2. resp. 13. ad quem, ne supra modum
dispu-

disputatio excrescat, me refero. Videantur porrò de his & aliis exceptio-
nibus *Trentacinq. V. R. 2. de depos. per tot. Rittersb. ad d. l. contractus. 23. de*
R. J. pag. 58. Pacius d. loc. n. 3. Schrader. d. loc. n. 21. Molina de j. & j. tom. 2.
tr. 2. disp. 527. n. 1. & seqq.

XXXI. 2. In restitutione rei fidei, & custodiae suae commissae ad pe-
titum deponentis, qui eam pro lubitu quodocunque, etiam in conti-
nenti post traditionem, avocare actione depositi potest, *l. 1. §. 22. ff. h. t.*
cap. bona fides. X. depos. Petr. Wesenb. Consil. 26. n. 1. & 2. Quod ipsum in-
tantum verum est, ut, quamvis inter deponentem & depositarium pa-
ctum intercesserit de re intra certum tempus non repetendâ, putâ, si di-
ctum fuerit: depono apud te *100.* & promitto, me ea ante mortem me-
am non avocaturum, nihilominus tamen non obstante eo, depositari-
um convenire, adque restitutionem compellere, valeam, uti disponitur
in *d. l. 1. §. pen. ff. h. t.* cum mutatio voluntatis hactenus permessa sit, &
vigore illius depositum quoque, spretâ temporis adjectione, repetere
mihi integrum sit, *d. l. 1. §. 45. Molina de j. & j. tom. 2. tr. 2. disp. 526. n. 1. Rosella*
de cas. Consc. verb. depositum. n. 1. Diversum puto obtinere in deposita-
rio; qui, si de certo tempore quoad custodiam rei depositae convenerit,
in præjudicium deponentis illud revocare, & tempore destinato non-
dum effluxo, restituere, invitoque depositore (qui sui commodi gratiâ
adjectionem illam excogitavit) eam obrudere nequit. Quod ipsum
tamen fallit eo in casu, quando simpliciter, & sine expressione tempo-
ris depositum accepit; tunc enim officium semel susceptum revocare,
& sic deponenti citrà illius voluntatem depositum restituere poterit;
nisi forsitan justa aliqua causa subsit, ob quam depositarius intempesti-
vâ tali restitutione fidem fallere videatur, utputâ, quia deponens pere-
grè erat abiturus, & si depositarius non recepisset rem, alius præstô
fuisset amicus, qui custodiam haud detrectâisset, cujus jam copia
amplius non detur. Præterea subitanæ repetitionem non mora-
tur conditio depositionis adhuc pendens, utpote, quæ deponenti
nil quicquam officit, quo minùs statim post traditionem, si ita
voluntas ejus fert, depositarium ad restitutionem compellere cum ef-
fectu possit, *l. 1. §. 34. ff. h. t.* non obstante *§. est a. 22. ejusd. legis.* (utpote,
qui de sequestro loquitur) *Pacius d. tr. cap. 12. axiom. 84.* Planè si in de-
posito, utriusque, tam deponentis, quàm depositarii gratiâ, celebrato,
certum tempus reddendi depositum expressum reperiat, magis est, ut
de

antequam illud tempus effluxum est, repeti nequeat. *Bald. in l. nummis. n. 17. ff. de in lit. jurand. Dd. in l. 1. §. 22. ff. h. t.* Sin verò tempus nullum expressum fuerit, non nisi post illud tempus, quod huic deposito restituendo arbitrio boni viri inest, hoc depositum repetere permittitur, *Molin. in tr. de commerc. n. 630. & justè restitutionem recusat, si causa aliqua emerferit, ob quam facultatem reddendi non habeat, uti exemplis illustratur à Marcello in d. l. t. §. 22. h. t.* Quemadmodum igitur repetitio nonnunquam ad certum tempus vigore dictorum restricta reperitur; itaque quoque quibusdam in casibus depositarius omninò non tenetur, vel saltem videri potest non teneri ad restitutionem, quos solidè explicavit, & scitè ad certas causas redegit pro allegationibus & defensionibus depositarii *Pacius d. l. c. 12. axiom. 61. & seqq. Add. Summa Rosel. de casib. cons. verb. depos. in pr. Molina de j. & j. Tom. 2. tr. 2. disp. 527. n. 2.* Et hæc obligatio ita comparata est, ut depositum unà solutione depositario defungi incumbat, nec particularem restitutionem deponenti invito obtrudere possit; cum, uti dicitur in *l. si duo. 22. circ. med. ff. h. t.* nisi pro solido res nequeat restitui, quo respectu individua, seu potiùs indivisa solutione dici meretur, ceu advertit, & latius explicando prosequitur, *Casp. Caballin. in solidissimo tract. divid. & individ. p. 3. n. 209. cum seqq. & pr. primis. n. 245. cum seqq.* ubi ex professo quàm eruditè resolvit, & in *veram d. l. si duo.* (quæ sedem hujus materiæ continet) mentem inquirat, ad quem brevitatè studio me refero.

XXXII. Quod dixi de restitutione rei depositæ, illud etiam in fructibus, accessionibus, lucro & omni causa obtinet, utpote, quæ cuncta nomine restitutionis rei veniunt, eique hæctenus includuntur, quatenus & illa non minùs redhibere necessum est, *l. 1. §. 5. 24. ff. h. t. l. 38. §. 10. ff. de usur. & fruct. l. 17. §. 1. versic. Idem Julianus. ff. de R. V.* Proindèque lucrum quoque, quod depositario ex pecunia deposita, cum qua fortè negociatus est, vel aliud egit, contigit, hoc totum deponenti restituere tenetur *Gloss. in l. si is qui. §. 1. ff. commod.* nisi periculum casus fortuiti ad depositarium spectet, eumque prægravet, tunc enim lucrum, quod ex re deposita suâ industriâ & diligentia percepit, restituere, & deponenti communicare non tenetur, sed sibi reservare soli potest, *Schradder d. loc. n. 17. versic. Quod tamen ad illos. Videatur tamen quoad hunc passum Fancisc. Mantica d. l. tit. 6. n. 4. & seq.* Ratio horum consistit in bona fide, quæ in deposito exuberat, cui consentaneum est, ut, ad quem res ipsa spectat,

dat, ad eum etiam singula rei emolumenta perveniant, *arg. d. l. 1. §. 23. ff. h. t.* Usuræ porro in hanc restitutionem veniunt, quæ causantur ex mora depositarii, dum interpellatus redditionem depositi differt & dilatat, *l. 2. C. h. t. l. 29. §. 1. ff. eod. idq;* ad modum aliorum bonæ fidei judiciorum, in quibus usuræ ratione interesse ex mora præstantur, *l. mora. 32. §. 2. ff. de usur. & fruct. l. 13. C. eod. l. 54. pr. ff. locat.* Hinc depositarius rem, vel pecuniam in usus suos, invito deponente, convertens, ad usuras quoque tenetur; dum enim hæc ratione in effectu furtum committit, uti dictum *thes. 20.* & verò fur à tempore delicti in perpetua mora esse censetur, *l. 8. §. 1. ff. de condit. furt.* perinde habetur, ac si post interpellationem factam in restituendo moram commisisset. Quem in modum Scabini Lipsienses ad requisitionem partium pronuntiârunt per ea, quæ tradit *Dn. Carpzov. lib. 4. Resp. jur. Elect. tit. 7. resp. 5.* his verbis: *Habt ihr bey einem/ von welchem eure Frage meldet / eine Post Geldes deponiret; Würde nun derselbe euch solches Geld wiederumb erstatten und ausantworten/ so liesset ihr euch daran billich begnügen / und ihr weret einigen Zins von ihm zu fodern nicht berechtiget/ Es were dann/ daß der depositarius selbiges Geld gebrauchet / und an seinen Nutzen verwendet / oder doch euch uff Fodern und Begehren dasselbige nicht wieder zahlen thâte / auff solchen Fall were er von Zeit des Verzugs an / die Landübliche Interesse euch zugleich mit abzustatten schuldig. B. N. W.* Peculiaris tamen actio ratione usurarum hisce in casibus non competit, sed peti insimul debent actione depositi, quâ propositâ, si quis sortis tantum condemnationem obtinuit, non potest amplius propter usuras in judicio experiri; cum non competant duæ actiones, uti modò dictum, si enim rursus, condemnatione factâ, experiatur deponens, & instet, rei judicatæ exceptione repellitur, *l. 4. post pr. C. h. t.* post sententiam enim definitivam latam super principali judicis officium in accessoriis conquiescit. *Salicet. in d. l. 4. Add. Old. clas. 4. act. 23. Treutl. vol. 1. disp. 26. thes. 7. lit. A. in notis.* cui tamen in eo non assentior, quòd hisce in casibus, & quando usuras à depositario exegit, atque consequutus est deponens, privilegia ordinaria depositi (de quibus infra dicendi locus dabitur) ex tacita renunciatione amittat, uti subjungit *lit. B.* Præterquam enim, quòd illud nullâ, neque allegatâ ab eo, uti discursus datâ occasione exhibebit, neque aliâ lege disertè expressum reperiatur; renunciatio quoque, & remissio juris atque beneficiorum, in favorem præprimis cujusdam inductorum

nu

nunquam præsumitur, Videbis *Hunn. ibid. Carol. Molineum in tr. de commerc. q. 38. Schrad. d. l. n. 35. Mozz. d. tr. Rubr. de substantial. depof. n. 19.*

XXXIII. Et quidem restitutio ipsi deponitori debet fieri, ad hoc, ut depositarius liberationem plenam consequatur, *l. ii. l. 31. §. i. ff. b. t.* Quod ipsum regulariter ita verum est, sed fallit in nonnullis casibus, ubi depositum illi quoque reddendum, qui non deposuit. Ut (1.) si deponens deceaserit relictis post se hæredibus & successoribus, *d. l. i. §. 19. l. 14. §. i. ff. b. t. l. 8. vers. Quod si pactus. C. ad exhibend.* quo casu, siquidem contingat, ut duo pluresve de hæreditate disceptent, unoquoque se hæredem esse contendente, illi restitutio facienda venit, qui paratus est depositario cautionem de indemnitate præstare adversus alterum; neutro autem cautionem offerente, & defensionem utroque in se suscipere detrectante, à conventionione judiciali immunis est, quia iudicium suscipere cogi nequit, sed res in æde sacra deponi, ibique asservari debet; donec lis de hæreditate finita fuerit, juxta tenorem, *l. i. §. 37. ff. b. t.* (2.) Si convenerit inter contrahentes, ut alteri, quàm deponenti, restituatur, quod vel simpliciter actum est, vel sub conditione, si aliquid fiat; utputà, cum quis, dum proficiscitur, arcam clausam cum vestibus & instrumentis deponit, eà lege, ut, si quid humanitùs ipsi in itinere contingat, restitueret eam Sejo amico suo, *l. 26. in pr. ff. b. t.* quod ipsum utique salvà contractùs substantià fieri potest; dummodò restitutio illa eventum certum conditionis, ratione obligationis, non respiciat: *c. gr.* si eà conditione deponatur, ut, siquidem tertius quispiam servum fugitivum indicàrit deponenti, depositarius illi restituere debeat; quia tunc non ex deposito, cujus limites egrediuntur, & contractus innominatus substituitur, actio oritur ad restitutionem; sed præscriptis verbis locum habet, *l. 18. ff. de præscript. verb.* Et hoc casu, quando videlicet citrà obligationis alicujus vinculum, conditionaliter vel purè restitutio in alterum directa est, tunc illi, cui debet fieri restitutio, utilis actio ad depositi exhibitionem competit, *l. pen. C. ad exhib.* in pura quidem oratione statim, in conditionaliter verò existente demum casu, sub quo concepta est. Hinc Sejus (*ut maneam in superius allato exemplo*) utiliter, adversus depositarium experiri, eumque ad restitutionem arca cum vestibus & instrumentis compellere poterit, postquam de obitu deponentis constare cepit, adeoque casus mortalitatis evenit. Et ita Senatuum Curia Superioris Frisia 19. Martii. Anno 1605. pronunciàsse refert

Johann. à Sandee decif. Frisc. lib. 3. tit. 3. defn. 1. (3.) Si alterius nomine depositum fuerit; tunc enim is, qui in mandatis depositori dedit, ut traderet, deponere videtur, adeoque illi quoque, & non deponenti, utpote qui nudè ministerium præbet, restitutio fieri debet, *l. 1. §. u. ff. h. t.*

(4.) Si deponens in potestate alterius extiterit: ubi sciendum, quòd, quando depositarius alii, quàm vero domino, ex ignorantia & per errorem restituit depositum, depositarius liberetur, & dominus verus recipientem convenire teneatur, *l. 1. §. 32. ff. h. t. Caroc. d. tr. part. 1. formâ 6. in pr. n. 1. ubi n. 2. hoc declarat & limitat in depositario quantitatis, quem ne quidem casum fortuitum, multò minus justam credulitatem excusare, dicit.*

Aliquando etiam depositarius scienter alteri reddens depositum liberationem consequitur, cum videlicet per decretum sine clausula à Principe illud ipsi injungitur: **Wann es auff sonderbaren Chur- und Fürstlichen Befehlich durch ein decretum ausgezahlet werden muß / juxta sententiam à Scabinis Lipsiensibus Anno 1618. pronunciatam, & per Adamum Volckmann in inform. Not. p. i. tit. 9. c. 33. n. 8. descriptam, his verbis: Sprechen wir / ic. Ob nun gleich das Geld / welches der Schösser zu E. aus dem deposito andern Gläubigern ausgezahlet / ihnen nicht gebühret / sondern euch / der ihr nunmehr durch Urtheil und Recht ein besser und beständiger Recht vor ihnen allen ausgeführet. Da aber dennoch der Schösser das Geld nicht vor seine Person / sondern auff sonderbaren Churfürstlichen Befehlich auszahlen müssen / so ist er entschuldiget / und mag das Geld wieder einzubringen / und euch noch einmal auszuzahlen nicht gedrungen werden / sondern ihr suchets bey N. selbstn nicht unbillich.** **B. R. W.** Plures casus recenset *Pacius d. loc. axiom. 83. per tot. qui videri poterit. Add. thes. 7.*

XXXIV. Hæc de obligatione depositarii. Depõens vice versâ tenetur depositarium indemnem præstare, illique, si quid in rem depositam expendit, restituere, & damnum, quod ipsi exinde datum est, refundere, *Vid. l. 5. in pr. l. 8. versic. Planè l. 13. l. 12. in pr. ff. h. t.* Wann nohtwendige und nüsliche Unkosten das niederlegte Gut zu bewahren / in Krieg und veydens Zeiten fort zu schaffen / ein Pferd zu erhalten / und dergleichen auffgewandt wird / muß der deponens solche in alle Wege erstatten.

Noë Meurer tit. depos. §. hinwiederumb. Quod ipsam summam continet æquitatem, ne alias officium, quod spontè & gratuito suscepit, ipsi detrimentosum eveniat contra *l. 61. §. i. ff. de furi. & l. 7. ff. testam. quem-*

quemadmodum aper. & deponens cum damno alterius locupletetur
contrà l. 14. ff. de condict. indeb. Proinde, si servus depositus furtum fecit,
& quadam abstulit depositario; unde damnum passus est in re fami-
liari, ad illud emendandum deponens alligatus est; detractâ noxâ de-
ditiōe, utpote quæ hoc in passu liberationem ipsi non tribuit, quan-
tumvis servum talem esse ignorârit. Licet enim æquum bonumq; vi-
deatur, ne ex maleficio servi in plus teneatur dominus, quam ut noxâ
eum dedat; multo tamen æquius, melius est, teneri eum in solidum,
ne officium suum depositario fiat damnosum, qui ex eo nihil commo-
di sentit, quemadmodum traditur in d. l. 61. §. 5. ff. de furtis. Nec ob-
stat huic assertiōi, l. 31. ff. de pign. act. ubi contrarium disertè videtur
decidi ab Africano, cui & d. l. 61. vigore inscriptiōnis, accepto refer-
tur. Etenim sermo cæptus in illa, in hac continuatur & absolvitur,
adeoq; cum hac jungenda, & exinde juxtâ rationem summam, ad
quam Afric. hic provocat, interpretanda venit, uti probè advertit Ja-
cob. Cujac. tr. 8. ad Afric. in utramq; legem. Pari ratione usuras quoque
pecuniæ, in rem depositam impensæ, deponens præstare compellitur, si
in restituenda ea moram fecit, aut eam ipse depositarius scœnori acce-
pit, aut suam expendit, quam ipse scœnori daturus fuisset, aut eam à de-
bitore suo scœneratio exegit, ut in rem depositam conferret; arg. l. 19.
§. pen. ff. de negot. gest. & l. 12. §. si mihi mandaveris ff. mand. Cæterum,
quæ de refusiōe damnorum in præcedentibus dicta sunt, obtinent,
nisi depositarii quoq; culpa intercedat, utputâ, cum servo apud se de-
posito ultrò custodem nummorum suorum vel aliarum rerum consti-
tuit, quod facturus non fuerat deponens. Hic enim regressus nullus
conceditur depositario adversus deponentem; sed damnum, utpote
propriâ implicite culpâ contingens, sibi debet imputare. Vid. d. l. 61. §.
7. ff. de furt.

XXXV. Ex hac verò obligatione nascuntur duæ actiōes; directâ
videl. & contraria, quarum illa datur deponenti adversus depositari-
um ad implenda ea, quæ in obligatione continentur, & hoc præ aliis
habet singulare, quod ei, qui moratur depositum reddere, seq; patitur
per sententiam ad restitutionem; depositori faciendam, compelli &
condemnari, infamiam irroget, wird vor anrûchtig/treu- und ehelos ge-
halten (modò nomine proprio, h. e. tanquam depositarius: secus au-
tem, si tanquam Procurator, Tutor aut curâtor depositarii, vel alterius

nomine condemnatus fuerit) *l. 10. C. b. t. l. 1. l. 6. §. si quis ff. de his qui not. infam.* eumq; consequenter è collegio opificum removeat, quem admodum ita pronunciatum fuisse refert *Dn. Carpov. part. 4. Const. 45. definit. 10.* in causa des Handwercks der Grobschmiede zu Meissen Mens. Novembr. 1645. in hæc verba: **Do** sie nun derowegen/dass sie das anvertraute/und bey ihr hinderlegte Guth angegriffen/und veruntreuet/Gerichtlich beklaget / und solches gestanden oder überwiesen/ auch deswegen von der Obrigkeit zu wieder erstattung verurtheilet / und dadurch an ihren Ehren anruechtig worden/ so moechtet ihr/ sie in ihrer Innung und Handwercks Zunftte ferner zu dulden wider euren Willen/ nicht gedrunge werden. **B. N. W.** Quod ipsum ob exuberantiam bonæ f. inductum, & ita specialiter cautum est, cum in reliquis, paucis adhuc exceptis, in quibus idem obtinet, contractibus non tanta fidei violatio occurrat. *Petr. Wesemb. consil. 26. n. 6. circ. med.* Hic enim fides frangitur per speciem amicitia, unde cum turpitudine majori ruptura conjuncta est, uti non obscure innuit *JC. in d. l. 66. §. ult. ff. de his qui not. infam.* dum rationem inibi hujus juris assignat, quod hic agatur de perfidia, sive de fide rupta, & non de simplici dolo, indeq; non solum incivilis, sed etiam improbus & iniquus dicitur, qui fidem datam hic fallit, *l. 7. in fin. C. b. t. §. bonæ fid. versic. Excepta. Instit. de act.* Et hanc bonam fidem lex non minus Divina in deposito eminere voluit, dum tantopere restitutio rerum depositarum injungitur depositario, & urgetur, ut bonâ fide hoc in passu cum proximo nostro agamus, secus si faciamus, furti nos teneri, quemadmodum hoc justitiæ officium ab exemplo Tobia deducit *Wilhelm. Zepperus de LL. Mosaic. lib. 4. c. 24. in pr. ubi plures casus & quaestiones, circa depositum in foro conscientia occurrentes, adducit & resolvit.* In specie autem hoc ipsum relucet *ex cap. 22. versic. 7. & 8. Exod.* ubi lex generalis, depositi restitutionem concernens, proponitur, & deceditur; quod, quando alicui pecunia aut supellestilia adservanda tradita, eaq; furto ablata fuerunt, ita, ut fur aufugerit, neq; præhensus fuerit, tunc dominus domus sistere se coram Magistratu, & juramento se purgare teneatur, quod non extenderit manum suam in rem depositarii. Hinc quoq; tradunt Theologi, quod nudâ depositæ rei inficiatione depositarius de jure Divino, & in conscientia foro, furtum committat, licet de jure civili aliud obtineat, *l. 1. §. 2. l. 67. in pr. ff. de furt. Vid. Philipp. Zepper. in tr. suo, quem inscribit, collatio LL. Mosaic. Forens. & Roman. reg. 18. lit. K. in not. pag. 116.*

XXXVI.

XXXVI. Datur hæc actio ipsi deponenti, non attentâ potestati patriâ, l. 19. ff. b. t. l. 9. ff. de O. & A. Caroc. d. tr. p. 1. pag. (mibi) 172. n. 1. Roncbegall. in l. 2. princ. n. 267. de duobus reis, ejusq; successoribus, sive universalibus, ut hæredibus, l. 1. §. 36. & seq. §. 46. l. 14. pr. ff. b. t. bonorum possessoribus d. l. 1. §. 19. ubi etiam de eo, cui ex SCTo Trebell. hereditas restituta est, agitur, & dicitur: quod non minus illi competat; intellige tamen, si dies restituende hereditatis venerit, l. ult. §. 1. ut legator. si ve particularib9, ut legatariis, siquidem illis res deposita relicta fuerit, Caroc. d. loc. rubr. de legatariis & quib. rest. mand. restit. adversus depositarium, & qui custodiam rei in se suscepit §. 3. Inst. quib. mod. re contr. obl. & passim ff. b. t. ejusq; hæredem in solidum, si unus, aut proportionè hereditaria, si plures sint, etiam ex dolo defuncti regulariter, l. 9. & seq. l. 14. §. 1. ff. b. t. Quamvis enim aliàs in delictis hæredes non teneantur ultra id, quod ad eos pervenit; tamen aliud obtinet, quando ex contractu & rei persecutione descendit, uti dicitur in l. 7. §. 1. ff. b. t. Eleg. Dn. Franzk. in comm. ff. b. t. n. 103. Conf. Caroc. d. loc. pag. 174. Quod si ex suo dolo hæredes conveniantur; is, qui dolum commisit, in solidum tenetur; quia æstimatio refertur ad dolum, quem ipse hæres solùm commisit d. l. 9. ff. b. t. Sin plures dolosè circa rem depositam versati fuerint, in partes quidem duntaxat obstricti erunt, dummodò res dividua sit: in solidum autem, si individua, prout disponitur in l. si duo. 22. ff. b. t. Quæ tamen ad successorem universalem restringenda veniunt; in singulari quippe diversum obtinet; adeoq; si quis rem à depositario sibi mutuo datam, aut alio titulo traditam suscepit, adversus hunc depositi actio locum non invenit, l. si is. 8. C. b. t. utpote, cum representatio personæ defuncti, quæ in successore universali reperitur, deficiat. Deponenti tamen, aut ejus hæredi, licitum est eas res, sicubi extant, à possessore vindicare d. l. 8. vers. Adversus eum. junct. l. 8. C. ad exhib. Adversus dominum servi & patrem filiisfam. qui depositum recepit, competit quoq; hæc actio ratione peculii, non tantùm ex dolo servi aut filii. verùm etiam ipsius domini aut patris, utpote in quorum potestate existunt, l. 1. §. 42. junct. §. 18. ff. b. t. l. 5. 27. in pr. l. 38. l. 44. ff. de pecul. l. 49. l. 27. ff. de Obl. & Act. l. 21. per tot. ff. b. t. Fidejussorem non minùs, si quis intervenerit, convenire depositor potest, qui in litis æstimationem damnatus, rem facit depositarii l. si fidejussor. 30. ff. b. t. Add. l. 2. ff. de fidejuss. l. 1. §. 14. vers. sic. Planè si fidejussori. ff. b. t. ubi cum

cum dicitur, quod actio depositi nascatur contra fideiussorem antequam dolus committatur, intelligi illud debet de actione depositi, quæ ad rei restitutionem tendit, hæc enim statim nascitur facto deposito, quemadmodum hoc declarant *Gloss. & Bartol. ad l. si stipulatus S. qui lancem. ff. de solur.*

XXXVII. Petitur hac actione res deposita una cum fructibus & accessionibus, *Vid. th. 31.* adeoq; rei persecutoria est regul., & simplicium persequitur, nisi in casu depositi necessarii, & quando incendii, ruinae, tumultus, naufragii causâ initum est; tunc enim ob inficiationem augetur, & in duplum datur, ut adeo rem depositam & poenam simul persequatur, sicq; poenalis simul efficiatur *S. 17. 26. Instit. de Act. l. 18. ff. b. t.* quia tunc crescit, ut inquit *JC. in l. 1. S. 4. ff. b. t.* perfidia crimen, quatenus in illis casibus ob necessitatem ingruentem & subitam vim electioni locus non datur, sed cuilibet occurrenti, etiam ignoto, fidem quis habere cogitur, *Wesemb. in π. ff. b. t. n. 10. Rittershus. ad d. l. 23. pag. 64. versic. Quæ autem. ff. de R. J.* Et hoc in passu, quando quis inficiatus est depositum, lex Divina quoq; graviores poenam neganti dicitur, dum præter simplicem restitutionem rei, in super poenæ nomine quintuplum exsolvere inficianti injungitur *Levit. cap. 6. in princ. his verbis: Anima, quæ peccavit, & contemto domino negaverit proximo suo depositum, quod fidei sue commissum fuerat, convictus delicti reddet omnia, quæ per fraudem voluit retinere, integra, & quintam insuper partem domino, cui damnum intulit.* Extra illos verò casus in simplicium datur, qui enim negligenti amico rem tradit custodiendam, cum facultatem & spacium eligendi fidem diligentioris hominis habuit, suæ facilitati id imputare, & simpli recuperatione contentus esse cogitur *S. 3. Instit. quib. mod. re contr. oblig.*

XXXVIII. Concurrunt porro cum actione directa nonnunquam alia, utpotè actio de recepto, si depositum sit apud nautam, cauponem, stabularium, *l. 3. S. 1. naut. caup. stabul. Actio furti*, si depositarius fuerit usus re deposita, eamq; contrectarit invito eo, qui deposuit, *l. 3. C. b. t. l. 29. pr. ff. eod. l. 67. princ. l. 76. pr. ff. de furt. conductio furtiva*, quæ tamen non ante datur, quam si dolus fuerit commissus à depositario *l. 13. S. 1. ff. b. t. l. 16. ff. de condict. furt. Actio Legis Aquilia* ob rem depositam deterioratam, *l. 42. ff. ad L. Aquil. l. 18. S. 1. ff. commod. Actio ad exhibendum*, & quæ illam ferè sequi solet, *rei vindicatio, l. 1. S. 32. l. 12.*

l. 12. §. 1. in fin. ff. h. t. l. 9. ff. de R. V. l. 4. ff. ad exhib. l. 1. C. h. t. l. 24. §. 2. ff. de reb. auctor. jud. non poss. quod positis terminis habilibus intelligendum, quando dominus rei ipse deposuit, huic enim soli datur rei vindicatio, l. 23. ff. de R. V. & quando res deposita apud alium existit; tunc enim adversus tertium possessorem datur rei vindicatio, cessante actione depositi, l. 8. C. h. t. l. si res tuas C. ad exhib. Tholos. synagm. jur. univ. lib. 23. c. 4. n. 3. Injuriarum quoq; actio cum depositi hac actione interdum concurrat, & ex deposito competit; veluti si quis tabulas testamenti apud se depositas coram pluribus legerit hoc animo, ut divulgaret secreta judicii deponentis, l. 1. §. 38. ff. de pos. junct. l. 41. in fin. ff. ad L. Aquil. quo nomine etiam falsi accusatio publica datur, l. 1. §. 6. ff. ad L. Cornel. de fals. Actionem etiam mandati, l. 1. §. 11. 12. 13. ff. h. t. Præscriptis verbis, l. 1. §. 9. versic. Quod si. ff. h. t. l. 17. §. 2. de præscript. verb. locati. l. 1. §. 8. & seq. ff. h. t. non minus cum depositi actione concurrere tralatitium est.

XXXIX. Contraria depositi actio (quæ ex numero contractuum *μνοπλευρωῶν* descendit, qui origine quidem tales sunt, cæterum ex post facto fiunt *διπλευροί*, adeoq; actionem ab utroq; latere producent, Vid. Job. Otto Tabor part. 3. Element. partit. sect. 3. de præstat. culpa. tb. 1.) datur depositario, ejusq; hæredibus contra deponentem, & ejus hæredes, cæterosq; successores, ad consequendum id, quod ipsi ratione depositi abest, ut indemnitas præstetur, l. 5. pr. ff. h. t. Quemadmodum enim directa actio in & ad hæredes est transitoria, ita quoq; contraria hæc hæredibus non minus competit depositarii adversus deponentes, ejusq; successores; Stirbt entweder der Deponent oder Depositarius, so treten die Erben an die Stelle/ des Depositarii hæredes müssen dafür antworten/ dasselbe verschaffen oder erstatten / hingegen aber des Deponenten Erben macht darumb zu klagen. Repetit autem hoc contrario judicio actor sumptus & expensas, quas in rem depositam sive deducendam vel deferendam, sive alio modo fecit, item refusionem furti, vel alterius damni ex re deposita ejusq; occasione accepti, prout hoc *thef. 38.* latius deductum est. Et quia in hoc contrario judicio, non de fide rupta, sed solum de indemnitate & calculo agitur, l. 5. pr. ff. h. t. qui ferè judicio dirimi solet. l. 6. §. ult. de his qui not. infam. inde est, quòd neq; in litem juretur, d. l. 5. pr. neq; condemnato infamia irrogetur, l. 1. §. 1. d. l. 6. §. ult. de his qui not. infam. §. 2. Instit. de par. temere litigant. In

E

quo

quo differentia inter directam & contrariam hanc actionem occurrit. Vid. Rittersbus. *dist. loc. pag. 62. vers. Inter hec duo, Caroc. d. l. p. 1. cap. fin. per tot.* Ceterum, cum supra dictum fuerit, impensas inter alia in hanc actionem venire, eamq; nomine illarum dari, controvertitur inter Doctores. Anne depositario earum intuitu restitutionem denegare, & eousq; rem depositam penes se retinere permittatur, donec ipsi refusa, vel harum nomine satisfactum fuerit? Et magis negativa contra Placentinum & plerosq; Veteres Jctos invaluit sententia, propter *l. u. C. h. t.* ubi restitutio depositario sine ulla exceptione iungitur, & integre postmodum servari ipsi actiones dicitur: itaq; contrariâ hanc actione depositi deponentem convenire, & ad restitutionem impensarum compellere debet; ut adeo non quadret, & impertinenter hic adducatur regula legis *18. §. ult. ff. commod. Vid. Hum. ad Treutl. vol. 1. disp. 26. th. 5. lit. B. quest. 7. Franc. Mantica. d. l. tit. 4. n. 10. versic. Unde Sc. Diss. Bachov. ibid.* qui mediâ viâ incedit, & distinguit inter impensas necessarias & utiles, inq; illis retentionem admittit, in his autem denegat. Verum allegati textus verba generaliora sunt, quam ut referri solum ad impensas utiles, & eò restringi possint. Confer ulterius *Dn. D. Zahn d. loc. n. 5. ad verba. Sine ulla mora. ubi fusius eam sententiam refutat.* Et hoc ipsum singulariter in presenti depositi contractu receptum est, qui quamplurimis aliis privilegiis insuper cohonestatus est. Etenim non ordinarius, sed summarius & executivus in depositi iudicio processus observatur *Petr. Wesemb. Consil. 26. n. 5.* adeoq; instrumentum illius paratam fortitur & habet executionem, *Bald. consil. 256. in fin. lib. 1. Franc. Mantica. d. loc. tit. 10. n. 1. Math. Coler. de P. E. p. 3. c. 1. n. 19.* ut proinde depositario condemnato non indulgeantur quadrimestres induciæ ad satisfaciendum iudicato, *Wurmser. præf. observ. tit. 23. observ. 1. Alexand. in l. debitoribus. n. 10.* sed statim & absq; ulla dilatione restituere rem depositam cogitur depositarius, *l. pen. ibi: reddere illico modis omnibus compellatur Sc. Sc paulò post: sed deposita quidem res vel pecunia quam cellerrimè sine aliquo obstaculo restituantur C. h. t. Alexand. in l. 1. §. qui præsens. n. 10. ff. de V. O. nec compensationis Zabarella Consil. 83. in pr. retentionis, vid. thes. 38. dominii proprii vel alieni. Mantica d. loc. n. 18. Sc seq. Dissent. Trentacing. lib. 3. var. resol. de depof. resol. 1. n. 4. non numeratæ pecuniæ, l. in contractibus. §. 1. C. de N. N. P. ibiq; Bartol. n. 7. Bald. Consil. 236. incip. Viso instrumento depositi. n. 4. versic.*

Utrum

Ulrimū *presumatur lib. 5.* nisi fraus de contractu ad contractum fieret; veluti, si tacite ageretur, ut esset mutuum, & nomen depositi expressum reperiretur. *Vincent. Caroc. d. tr. p. 1. tit. de casu. n. 32. & seqq. pag. (mibi) 114.* fori, ita, ut Clericus possit conveniri coram iudice seculari ad depositi restitutionem, *Andr. Tiraquell. tr. de retract. convent. §. 4. gl. 7. n. 9.* quietationis generalis, *Franciscus Marc. decis. 146. p. 1.* temporis adjectionis, quasi deponens repetat ante tempus in contractu appositum, *Caroc. d. l. n. 52. Alexand. Consil. 80. incip. circa primum. n. 13. versic. Nec obstat. lib. 3. Vid. thes. 30.* quinquennalis sive induciarum moratoriarum, utpote quæ contra depositi restitutionem nec impetrantur nec admittuntur. *Vincent. de Franch. decis. 151. & novissimè Dn. David Mevius in discuss. levam. inop. debit. cap. 6. n. 38.* exceptio detur. Sic quoque deponens ratione depositi omnibus creditoribus, qualitercunque privilegiatis, si res deposita adhuc exstat, præfertur, *l. 24. §. 2. versic. Si tamen. ff. de reb. aut. jud. possid.* Das hinterlegte Guth muß vor allen andern Schulden und Creditoren seinem Herrn und dem jenigen/ so es zu treuen Händen gegeben/ restituiret werden/ wann es noch verhanden ist/ und ausstehet. Vindicari etiam potest ubicunq; exstat, *vid. l. 7. §. 2. ff. h. t.* Quodsi verò non amplius extet, habet quidem depositor etiam jus prælationis post privilegia inter chirographarios *d. l. 24. §. 2. in princ. Dn. Carpzov. in Jurispr. for. Rom. Sax. p. 1. Constit. 28. defin. 15. & defin. 150. per tot. Bald. Consil. 276. incip. Super facto. lib. 2. Latè Benev. Straccha in tr. de decoct. p. ult. n. 1. cum multis seqq. & eleg. Ræner. 1. animadv. pract. 26.* Jus detractionis, vulgò *Abzug*/ etiam in eo cessat, ut adèd Magistralui de pecunia deposita nil quicquam defalcare liceat, nisi longavâ consuetudine diversum introductum sit, *Dn. Carpzov. d. loc. p. 2. Const. 28. defin. 22. per tot.* Ignorantia præterea depositarium non relevat de rebus in cista vel fardelo fortè deposito, clausis *l. 1. §. si cista. ff. h. t. Vincent. Caroc. d. tr. tit. Quid veniat in act. depos. n. 9.* Reconventionem deniq; Nostri in deposito locum habere negant ad effectum retardandi restitutionem, quamvis quoad effectum prorogationis, ut postea in eo procedatur, illam admittant *Vincent. Caroc. d. p. 2. q. 53. Zæf. ad h. t. ff. n. 11.* Plura singularia videri poterunt apud *Dominic. Cardinal. Tuscb. pract. Concl. lit. 1. verb. Depositum. Conclus. 200. per totam. Francisc. Mantiam d. tit. 10. per tot.* Anne verò hæc & similia privilegia in deposito quoq; irregulari obtineant? De eo vid. *suprà thes. 32.*

XL. Finitur depositum sequentibus potissimum modis. 1. *Revocatione*, cum videlicet deponens repetit rem depositam, tunc enim statim post revocationem & contrarium consensum expirat atque deficit, nec detineri poterit amplius à depositario, sed quam celerrimè & ocysimè restitui debet, citrà ullam compensationem non numeratæ pecuniæ vel similem exceptionem, *Caroc. d. l. part. 1. tit. de casu. n. 32. & seqq. pag. 114. Mozz. d. loc. c. ult. n. 3. Tind. de compens. art 5. n. 32.* Poterit autem pro lubitu & quandoeunque repetere & avocare depositum, uti dictum *thes. 30. Vid. tamen Cardinal. Tusch. pract. conclus. lit. D. conclus. 213.* 2. *Restitutione*, quemadmodum enim integrum est deponenti quocunque tempore repetere depositum; ita quoque in liberrima depositarii voluntate positum est custodiæ onus à se avertere, & contractum purè initum revocare, quod ipsum fit, quando ultrò & spontè suâ rem depositam custodiæque suæ commissam domino reddit; tunc enim ab obligationis nexu se eximit, & liberationem consequitur. Quod ipsum tamen ubique non procedit, sed interdum, utcunque solutio & restitutio contigerit, nihilominus depositarius obligatus remanet, utputà, si depositio non simpliciter, sed cum iudicis autoritate facta proponatur; tunc enim sine iudicis licentia restitui nequit, & in eam contraventionis depositarius per talem redditionem non liberatur, *Roman. Consil. 287. incip. In proposita consideratione. ibid. Mandos. in addit. Aymon. Cravetta consil. 331. incip. Videtur prima ratione. n. 18.* Pari ratione, quando deponens plures post se reliquit hæredes, & uni, qui mandatum à reliquis non habet, redditum est depositum, liberatio depositario non in totum, sed pro parte solùm acceptantis contingit; cum reliquis restitutio illa nil quicquam præjudicet, quò minus & ipsi ad quotæ suæ redditionem ipsum convenire possint, per ea, quæ tradit *Dn. Carpzov. lib. 4. tit. 2. resp. 14. per tot. ubi pro hac sententia responsum Scabinorum Lipsiensium adducit. qui videri poterit. Add. Cardinal. Tuschus d. loc. conclus. 214. per tot. ubi ex professo de eo tractat, quando depositarius depositum restitvens liberetur vel non.* 3. *Interiuru rei depositæ*, utputà si equus, v. gr. vel vacca perierit, quia fuit surrepta vel deperdita casu fortuito, citrà culpam depositarii, aut morbo quodam; tunc enim statim expirat depositum, nec ulterius depositarium adstringit, utpote, qui ejusmodi casum providere & avertere nullâ curâ potuit. *Corn. consil. 136. lib. 1. Mozz. d. loc. n. 6. quem vide ulterius.*

XLI. Ha-

XLI. Hactenus de generalibus depositi. Nunc etiam paucis ad specialia progredi, & de divisione quædam adjungere lubet. Variè autem à Doctoribus depositum dividitur, uti ex illis, quæ tradunt *Mantica d. loc. tit. 2. per tot. Mozz. cit. loc. rubr. de divis. depos. Pacius d. tr. cap. 4. Cardinal. Tusch. pract. concl. lit. D. concl. 198.* videre est. Potissima tamen & omnium maxime decantata est divisio illa, quæ ratione materiæ, quæ vel litigiosa est, vel non litigiosa, dispescitur in depositum in specie ita dictum & sequestrationem, *l. 5. §. 1. & d. l. 7. in pr. d. 12. §. 2. l. pen. ff. b. t. Treutl. disp. 26. vol. 1. thes. 4. Gædd. de sequestr. & in l. uo. de V. S. n. 1.* quæ nihil aliud est, quam rei litigiosæ à pluribus penes tertium facta depositio, *l. 17. §. 1. ff. b. t. Wann ein Stücke Gut/dazu ihrer etwan viele/temanden zu verwalten etirgerhan wird/damit es hernacher denck / so es gebühret / und solches zu Rechte erhaltens/jugestellet werde / & nomen habet à sequestrè, quem vocat illum, apud quem res litigiosa à litigantibus deponitur, hac lege, ut victori reddatur, l. uo. ff. de V. S. dictus exinde, quod occurrenti, aut quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur, d. l. 110. Quam notationem licet acriter impugnet, & ineptiæ arguat *Andr. Alciat. ad d. l. uo. vir ceteroquin multarum rerum cognitione clarus* (uti hoc titulo insignitur à *Joba Corrasio. lib. 3. miscellan. jur. civ. cap. 2. n. 3. in fin. qui in simili hæresi versatur, dum reject à hac, multo pejorem ex Lavinio de verbis sordidis, sequestrum à sequendo simpliciter deducente, & dictum esse contendente, substituit.*) non tamen video, quid obstet, quò minus eam retinere, & Modestini auctoritatem factam tectam per hoc conservare liceat. Quod enim dicitur, *¶* Cuius confundere inibi verba *occurrere & sequi* aperte falsum est, quemadmodum hoc latius deduxit *Caroc. de sequestr. part. 1. quæst. 2.**

XLII. Patet hinc differentia depositi simplicis & sequestrationis. Etenim illud ab uno vel pluribus pro rata. *Caroc. d. loc. q. 4.* Hæc verò non nisi à pluribus concurrentibus, vel uno, plurium vicem sustinentes, *l. 9. §. Labeo. ff. de dol. & quidem à quolibet in solidum expeditur, l. 6. l. 17. §. 1. ff. b. t. Vid. Stamler. d. disp. thes. 32. & seqq. Hum. ad Treutl. disp. 8. vol. 1. thes. 8. lit. B.* In sequestratione res litigiosa intervenit, quæ traditur hoc fine, ut post determinatam litem victor rem custoditam habeat, se-cus atque in deposito, utpote, quod in re qualibet extrà illam qualita-tem consistit, & nudæ custodiæ causâ sine ullo eventu litis traditur, eo modo, ut suo tempore, quando cunque deponenti libuerit, eam recu-perare possit, *l. 5. l. 12. d. l. 17. ff. b. t. l. 18. ff. de præscr. verb. Vid. Pacius d. loc.*

cap. 16. axiom. 10. Similiter ex dictis colligitur diversitas ac differentia sequestrationis & arresti; quamvis non desint, qui hæc duo propter magnam, quam aliàs habent, conjunctionem *Peck. de jur. sist. c. 1. n. 4.* confundant, & nudo nominis sono ab invicem distare adferant. Illa quippe ad modum depositi, cui tanquam species generi subest, contractus perhibetur, & pro contractu vulgò venditur. Hoc verò depositum non est, sed quædam manûs injectio. Illa pro objecto materiali habet rem litigiosam, quæ separatur, & penes alium collocatur. Hoc etiam in re non litigiosa usurpatur, & exercetur vel in rem, ne avehatur, vel in personam, ne aufugiat, ad effectum juris consequendi, uti *Coler. decif. 137. n. 8. & seqq. annotavit. Plures differentias petere potest, cui lubet, ex Gædd. de sequestr. ad rubr. de sequestr. poss. & fruct. n. 19. & seqq. Dn. Carpzov. lib. 4. Respons. jur. tit. 5. Resp. 35. Zobel. de diff. jur. civ. & Sax. differ. 44. n. fin. Berlich conclus. pract. part. 1. concl. 73. n. 4. & seqq.*

XLIII. Dividitur porrò sequestratio in conventionalem sive voluntariam, & judicialem sive necessariam. Illa dicitur, quæ fit ex mera partium litigantium voluntate & conventionem, *l. 5. §. 1. & 2. d. l. 17. §. 1. b. t. l. 5. ff. famil. hercis. quæ semper & ubique licita est, ex ratione l. in re mandata. 21. C. mand. l. 25. §. 1. ff. de hered. petis. Treutl. d. disp. th. 8. lit. G. Trentacinq. lib. 3. var. resol. 12. n. 1. fol. 101.* quapropter eò magis litigatoribus penes tertium aliquem rem litigiosam deponere permillum erit, *l. 6. C. b. t. Mynsing. cent. 5. Obs. 35. Gail. 1. Obs. 48. n. 8.* Et fieri potest tam ante iudicium, quam eo pendente, *Caroc. d. loc. q. 3.* Ad hoc genus refero conventionem, quæ pacti inter se partes sunt, ut in casum non secutæ solutionis, statâ die faciendæ, omnia bona debitoris officio iudicis sequestrantur, eamque adeò permillam esse sustinebo, non obstante *l. un. C. de prohib. sequestr. Vid. Treutl. d. loc. thes. 9. lit. C. ibiq. Hunn. in notis.* Hæc est, quæ à iudice competente (etenim ab incompetente facta ipso jure nulla est, *Rurger. Ruland. d. tr. p. 4. lib. 4. c. 5. n. 6.* & spoliium inducit, sicut à privato, ceu tradit *Cardinal. Tusch. d. loc. conclus. 206. n. 1.* Quis autem iudex competens sit in causa sequestri, & an iudex secularis sit competens in causa laici? *Videsis Caroc. de sequestr. p. 3. quæst. 7.*) ex causa, partibus non expressim consentientibus, & aliquadantenus invitit, decernitur. Unde regulariter prohibita est, nec facile conceditur (cùm sequestrare bona injuriosum sit, & ex sequestratione surgat præsumptio, quòd quis suis rebus, tanquam bonus paterfamilias superesse nequeat *per not. CC. in cap.*

cap. 1. de sequestr. poss. & fruct.) Cardinal. Tusch. dist. loc. concl. 202. per tot.
Baumann. tract. de sequestr. cap. 2. tam de jure civili, quam Canonico,
imò etiam, tam ex Constitut. Imp. quam Saxon. Bernhard. Gravæus ad
Gail. lib. 1. concl. 146. n. 1. De jure Civ. vsd. l. unic. C. de prohib. sequestr. l. ult.
C. de prohib. sequestr. pecun. quæ Constitutio utrùm universalis sit, adeoq;
de quibusvis rebus, sive illæ sint mobiles, sive immobiles, sive corpora-
les, sive incorporales, & in quantitate consistentes, an verò de pecunia
solum numerata, eaque ex contractu, personalibus duntaxat, an verò
etiam realibus actionibus petita intelligi debeat, inter eruditos admo-
dum est controversum? Verùm, cùm ratio prohibitionis allata ab Imp.
& Constitutionis sententia generalior sit, quam ut ad solam pecuniam
numeratam restringi possit, quin potius æque militet in aliis rebus, at-
que corporibus, quæ illius occasione comparari queunt, inque reali-
bus non minus actionibus obtineat; magis est, ut dicamus Constitutio-
nem generalem esse, & pecuniæ vocabulum latius patere, aliaque
corpora includere. Vid. Stamler. d. disp. thes. 44. Hum. ad Treutl. d. l. thes. 8.
q. 12. Ex quo igitur sequestratio necessaria illicita est & interdicta, in-
dubio contra invalidatem sequestrationis præsumtio est, adeoq; illam
allegans, justitiam ejusdè defendere tenetur, in tantum, ut ne judici qui-
dem, sequestrationem qui fecit, fides adhibeatur, nisi acta illam pro-
bent, Wesenb. consil. 7. n. 7. lib. 1. Excipiuntur casus quidam, ubi seque-
stratio hæc permittitur, quorum alii plures, alii pauciores enumerant
& recensent. Præprimis autem illud obtinet, quando vertitur peri-
culum dilapidationis & prodigalitatæ (quo casu articulos probatorios
de dissolutis adversæ partis moribus à petente exhibere convenit, per
ea, quæ tradunt & præjudiciis Cameralibus comprobant, Gail. lib. 1. ob-
serv. 147. n. 5. Marchifell. lib. recollect. quest. 32. n. 2. nec enim sola allegatio
sufficit dilapidationis, teste Papiensi in tract. Rubr. forma sequestri vel sa-
xamenti. glos. sapiens vir. n. 1. in fin. vers. Ut proberur. hoc facto indistinctè
tam in prima Mysing. cent. 5. observ. 35. n. 4. Matth. Coler. de P. E. p. 1. c. 2.
n. 100. quàm in secunda instantia, adeoque appellationis judicio (eti-
am si dilapidator solvendo adhuc existat, Rutgers. Ruland. d. tr. p. 4. lib. 4. c. 5. n.
17. in fin.) admitti sequestrationem, verius est, Dn. Bernh. Gravæus ad Gail.
concl. 146. lib. 1. consil. 1. n. 1. Guido Pap. decis. 146.) vel fugæ causatæ ex dene-
gatâ cautione jure debitâ, vel statûs incertitudinis in rebus ad peculi-
um pertinentibus, quoties earundem aliqua suboritur dubitatio aut
illiqui-

Alliquida ratio, vel scandalij singularis Dn. Bernh. Gravens d. loc. conct.
n. consid. 1. n. 2. ubi etiam de sequestratione puella depositæ agit. Vel armo-
rum, maximè super momentanea possessione (ut si inter duos conten-
tio sit de possessione effodiendi mineriam; videl. dominum & inven-
torem, ne veniant ad arma, potest iudex apponere sequestrum. Job. de
Imola consil. 87. n. 2. vers. *Circà secundum*) vel rei pendente lite peritu-
ræ timor subest. De quibus latè vid. Matth. Berlich. d. loc. à n. 23. usq. ad
n. 119. Aloys. Riccius collect. decis. 2575. Neapol. 1. Digest. tit. Sequestrum
c. 2. Ludov. Gilhaus. in Arb. Jud. Civ. cap. 10. §. 3. n. 12. & seqq. fol. 628. Stam-
ler. d. l. thes. 46. & seqq. Treutl. vol. 1. disp. 26. th. 11. & vol. 2. disp. 21. thes. 5.
lit. E. in not. ibiq. Humm. in Resolut. Bentincas. de privil. pauper. special. 4.
pag. 772. n. 8 & seqq. Ludov. Molina de j. & j. tom. 2. tr. 2. disp. 522. n. 4.
& Magnif. Dn. D. Hahn Observ. theor. pract. ad Wesemb. h. t. n. 6. pag. 591.
Anne verò justam quoq; causam sequestrationis præbeat, si possessor
conventus contumaciter se absentet, & copiam sui iudici subtrahat,
ita, ut non minùs ob illam contumaciam decerni justè possit, in con-
troversiam à Doctoribus deducitur, nec de ejus decisione usquequaq;
inter eos convenit? Verùm negantium castra deferere, partibusq; af-
firmantibus me associare haud dubito; cum enim per contumaciam
litigatoris deveniatur ad tenutam, sive missionem bonorum ex primo
decreto, quam iudex parti præsentì & comparenti hâc ratione decer-
nere legitime potest, *cap. quoniam frequenter & cap. fin. §. Porro, ut lit.
non contest. item l. 7. §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. eatur.* quidni etiam ad se-
questrationem bonorum eadem ex causa pervenire liceret? maximè,
quia minùs onerosa & damnosa debitori accidit sequestratio, quàm
missio ex primo decreto *cap. ex literis 23. in verbis: nos mitius cum eo
agere volentes. de dol. & contum.* Quinimò expressus satis hanc in rem
textus extat & reperitur, in *cap. 2. de sequestr. poss.* dum inibi Pontifex se-
questrationis, ob contumaciam factæ, meminit, & tamen illam ne ver-
bo quidem improbat, sed potiùs contumaces in expensas condemnat.
*Conf. porro Andr. Cludius de sequestr. cap. 2. n. 90. & Coler. de P. E. p. 1. c. 2.
n. 84.* Idem tamen de appellatione quoad fructus, quòd & illi propter
appellationem sequestrari possint, asserere non audeo, Imperatoribus
Antonino & Vero contrarium rescribentibus, & usitatum non esse, ut
fructus agri, de quo disceptatio vertitur, post appellationem depo-
nantur, adserentibus, quemadmodum refertur à Papiniano in *l. Impe-
ratores*

ratores. 21. §. *fin. in pr. ff. de appellat.* nisi pendente appellatione, dissipentur ac depopulentur ab adversario: illos quippe fructus apud sequestrem deponi æquum est, *cap. fin. de sequestr. poss. & fruct. junct. d. l. 21. in fin. Corras. lib. 3. miscellan. jur. civ. cap. 2. n. 10. in sexto casu.* Nec refragatur huic *l. ab executione. §. C. quor. appell. non recip.* ex qua, cum sequestratio judicialis fructuum inibi adhibita reperiatur, quantumvis nulla adfit dissipationis suspicio, concludendum videtur, quòd appellatio per se justam causam sequestrationis necessariæ fructuum præbeat, & per consequens regula in contrarium poni debeat. *R.* Etenim *in d. l.* haudquam continetur, quòd absolutè sequestrum hoc in passu propter appellationem decerni queat, sed tum demùm id fiat, quando à sententiæ executione appellatur propter excessum sententiæ, quia executor modum excessit, adeoque non tam regula, quam exceptio, priori similis, ab *Imp.* in illa Constitutione detegitur. Ratio autem hujus limitationis, & cur tam variè disponatur, est, quòd actor ex sententiâ evidentius jus acquisierit, cum illa in rem judicatam abierit, *Authent. Hodie. C. de appel.* & per executionem res ad actorem pervenerit, nec contrà sententiâ, & merita causæ principalis, sed modum sive excessum executionis reus solum appellaverit, *d. l. §. Conf. Corras. d. l. n. 9. versic. Secundus casus est. Emeric. à Rosbach. de comparat. jur. civ. & Canon. tit. 15. n. 4. Gail. lib. 1. observ. 148. n. 8. Coler. de P. E. part. 1. cap. 2. n. 118. & n. 126. versic. Et hæc est decima fallentia.* Patet igitur, quòd fructus ex alia causa, in legibus approbatâ, sequestrari non prohibeantur, sicque objectum habile sequestrationis constituent, quemadmodum etiam ex *tot. tit. & cap. ult. de sequestr. poss. & fruct.* relucet. Quamvis enim finis sequestrationis, qui in eo principaliter consistit, ut sequester rem sibi commissam custodiat, *l. 6. ff. de depos.* deficere videatur in fructibus, utpote, qui distrahi præcipiuntur, *l. litibus. 20. §. Sin autem. 2. C. de agric. & censit. lib. 11. l. 1. is cui. §. §. qui legatorum. 22. versic. Quinimò. ff. ut in poss. legat. facit. l. 22. in fin. C. de administ. tut.* Illud tamen nil quicquam impedit, quòd minùs sequestrationis finis hoc in passu obtineri possit. Præterquam enim, quòd venditio fructuum non ita simpliciter detentoribus sive possessoribus injungitur, sed sub conditione & ex eventu quodam; si perituri, vel morâ deteriores futuri sint, adeoque pro justo pretio eos distrahere expediat: Pretium quoque exinde redactum surrogatur & succedit, *Johan. Peir. Surdus decis. 306. pag. 825.* quod æquè servari sive custodiri de-

F

bet,

bet, uti in allegatis textibus subjungitur. Conf. Gædd ad rubr. d. tit. de sequestr. poss. & fruct. n. 23. & seqq. Cæterum quando permittitur & indulgetur sequestratio ex aliqua præmissarum vel simili causa, tunc lite pendente, & durante sequestratione, actori ex æquitate sumtus ad persequendam litem & corporis alimoniam, si aliunde se sustentare nequeat, ex fructibus administrari debent, ne eremodiciam facere cogatur, vid. in simili l. 27. § 3. ff. de inoffic. testam. d. 17. §. qui legatorum. ubi Bartol. n. 3. ff. quod legat. Coler. de P. E. part. 1. c. 2. n. 127. & p. 3. c. 11. n. 6. Cludius de sequestr. cap. 5. n. 86. Quantum verò alimentorum & expensarum loco parti agenti porrigendum sit, illud, cum definitum non reperiatur, merito iudicis arbitrio determinandum relinquitur. Coler. d. n. 127. Rotæ Rom. decis. 79 part. 2. in noviss. edit.

XLIV. Utrobique tam in voluntaria, quàm in necessaria sequestratione possessionem apud partes remanere, nec in sequestrem regulariter transire, verius est, licet communiter ferè Doctores dissentiant, & differentiam depositi à sequestro ratione translationis possessionis, utpote effectûs, hinc accerfant, quòd nimirum regulariter & in dubio possessio à partibus litigantibus abdicetur, inque sequestrem hæc ratione migret. Cùm verò inter litigantes hoc in passu subinde varietur, & non uno modo sequestratio fiat, tres casus circa voluntarium sequestrum primitus constituere, & melioris traditionis gratiâ, ut tantò rectiùs posita decisio innotescat, ac faciliùs iudicium expeditum de textibus diversimodè loquentibus, speciemque contrarietatis quandam primo intuitu præ se ferentibus, formari possit, ab invicem distinguere placet. Aut ergò specialiter actum est inter partes & convenit, quòd possessio in sequestrem transire debeat; & tunc nullum dubium est, quin vigore placiti sequester verè & solus possideat, cùm id agatur eâ depositione, ut neutrius possessioni id tempus ad usucapionem procedat, l. licet 17. § 1. ff. h. t. ubi verba, nisi apud sequestrem deposita est, non ad remotiora & initialia, sed immediatè præcedentia, adeoque possessionem referenda veniunt, uti ex contextûs serie facilè patet: Aut è converso expressum est & placuit, quòd custodia solum gratiâ res controversa apud sequestrem existere, & possessio penes partes remanere, illisque hæc ratione ad usucapionem prodesse debeat, quo casu itidem extrâ controversiam est, litigatores sibi possessionem retinere ad hunc effectum, ut victori ea ad usucapionem procedat, l. interesse.

39. *in fin. ff. de acquir. poss.* Aut denique nihil tale quid cautum est, adeo-
 que non constat, quâ mente & intentione litigatores rem sequestrati
 fuerint, & hic casus potissimum est, qui difficultatem alit, & erudito-
 rum, quâ veterum, quâ modernorum, dissona judicia extorsit. Quic-
 quid demùm sit, negativa sententia, quòd hoc in passu dubio possessio
 in sequestrum non transeat, sed penes eum, qui sequestri tempore possi-
 debat, ad eventum usq; litis remaneat, deserenda non videtur, cum fir-
 missimo fulcro, *d. l. interesse. 39 ff. de acquir. poss.* innitatur, quo loci dum
 Jctus manifestam probationem adserentis possessionem dimissam esse,
 inq; sequestrum migrâsse, exigit, haud obscure subindicat, in casum suc-
 cumbentis illam adversæ parti litiganti adjudicandam venire, utpote
 à qua citrà translationem, ex conventionem initiali demùm inducendam,
 transiisse non censeatur; idque fortiùs comprobatur particula adversati-
 va AT, quâ diversus casus exhibetur; quasi diceret Julianus: Si probatû
 non fuerit dimittendæ possessionis causâ fuisse depositum, ibi, cum cu-
 stodiæ tantùm gratiâ depositum præsumatur (alioquin enim & hoc, ut
 priori in casu probationem ejus requireret) victori possessio proderit.
 Et hæc quoque sententia est *Florentini in d. l. licet. 17 §. 1. ff. h. t.* excep-
 tivè dicentis: *tum demùm sequestrum possidere, si possessio ipsa deposita sit.*
 Ex quo infallibiliter deducitur, quòd, quando illud actum non est, ne-
 que utrinque collibitum, ut possessio cedere debeat sequestri, sed sim-
 pliciter sequestratio inita, eadem pristino domino permaneat. Quæ
 sententia eò magis recipienda, quantò minùs interest sequestri, utrùm
 habeat formalem possessionem, an verò nudam duntaxat detentio-
 nem; & quantò magis partes sibi præjudicant per translationem pos-
 sessionis, dum usucapiendi facultate, aliisque possessionis commodis
 privantur; unde præsumendæ partes non sunt, jacturam possessionis
 facere in perniciè propriam voluisse, *arg. l. 40 §. 1. ff. de acquir. vel amit.
 possess.* Et sanè, si sequestrum verè & civiliter possidere diceremus, tunc
 utique rem pro se haberet; cum in bonis nostris computentur etiam
 ea, quæ possidemus, *l. bonorum. 49 ff. de V. S.* qui tamen rem depositam
 ejusque possessionem sine partium damno custodire debet, *§. 3. Infit.
 quib. mod. re contrab. obl.* Sufficiat itaque dissentientibus, quòd ni-
 hilominus, etiam quoad hunc effectum, aliqua diversitas inter seque-
 strum & depositum residua linquatur, quam non minùs innuit *Flo-
 rentini in d. loc. 17. §. 1. ff. h. t.* dum juxta dicta in *thesibus præcedentibus* ex

deposito nunquam possessio transfertur in depositarium; in sequestro verò aliquando dimittitur. *Vid. plenius pro hac sententia Dn. Paul. Berens, Supremi iudicii in Frisia Orientali Adfessor dignissimus vov εν αχίους in disert. Academ. ad Instit. lib. 3. disp. 9. quest. 3. ubi contraria eruditè satis resolvit.* Et hoc hæcenus in necessario quoque sequestro, si quando ex iustis, inque legibus approbatis de causis illud conceditur, procedit; ut ad eò nec judicialis, mediante scilicet iustitià, invitis aliquadantenus partibus facta sequestratio possessionem adimat, sed quoad effectus atque commoda ejusdem apud eum firmo talo permaneat, qui reverà possessor fuit; nisi aliud actum esse probetur, uti deducitur ex l. 7. §. fin. ibi: deponi. ff. qui satisd. cog. junct. l. 1. in princ. ff. b. t. *Vid. Thomas Grammaticus decis. 51. n. 2. Dn. Grævus ad Gail. d. l. concl. 5. consid. 1. per tot. Mandel. consil. 75. Aloysius Ricc. collect. decis. 1645. item decis. 3062. Coler. de P. E. part. 1. c. 2. n. 63. & seqq. item part. 3. c. 11. n. 1. & seqq. qui tamen contrarium in voluntaria sequestratione statuit, adeoq. communem Doctorum, inter voluntariam & necessariam sequestrationem distinguentium, traditionem sectatur.*

XLV. Ad validitatem porrò sequestrationis, adeoque modum vel formam sequestrandi, pertinet tum citatio debitoris, sive illius, in cujus præjudicium ea decernitur, nisi adsit suspicio fugæ, *Trenacing. V. R. lib. 3. tit. de solut. resol. 12.* tum summaria cognitio iudicis, qui in antecessum informari debet de jure creditoris, vel alterius, qui sequestrum apponi desiderat: tum iustæ causæ eam sollicitandi allegatio & probatio, ut videlicet ad conservationem juris vel debiti fiat (cùm ex parte adversa imminet vel appareat suspicio) & non ob calumniam vel æmulationem, quo nomine is, qui sequestrum petit, parte instante & iudice deferenti, jurare cogitur, quæ hæc vice propter angustiam chartæ, & ne disputationis limites egrediar, eo modo, prout quidem proposueram, deducere, & fusiùs explicare jam non licet. *Adeantur Guido Pap. in decis. quest. 246. n. 2. & seqq. ibiq. P. Matth. in annotat. Vincent. Caroc. d. tr. de sequestr. part. 3. quest. 1. & seqq. Curtius de sequestr. q. 2. n. 33. & seqq. Bocer. clas. 2. Disp. 11. thes. 75. Masuer. in addit. ad præf. Papiens. in forma sequestr. vel saxamenti. gl. Sapiens vir. n. 1. verb. Prohib. Versic. Pont. Neapol. 1. Digest. tit. Sequestrum. c. 46. & alii ab his relati.*

XLVI. Officium sequestris est, ut rem sibi commissam fideliter & diligenter, prout bonum patremf. addecet, conservet, ne quid da-

mini

mni in ea accidat, fructuum & accessionum rationem habeat, subin-
 deq; si ita usus ferat, vendat atq; distrahat, quod ipsi permissum est;
 maxime, si res ejusmodi fuerit sequestrata, quæ servando servari ne-
 queat, & quæ mora deterior futura sit, *Dn. Bernhard. Grævus ad Gail.*
lib. 1. concl. 148. n. 1. aut ejus diuturnior custodia bono patrifamilias
 displicat, *Rutger. Ruland. tr. de commissar. & commission. part. 4. c. 5. n. 34.*
 quo casu pretium exinde redactum penes se deponere, & ad eventum,
 usq; litis, si ita libuerit, reservare debet, non enim in emtionem præ-
 diorum aut simile quid convertere illud licet *Tholosan. lib. 23. Syntagm.*
jur. univ. c. 3. n. 28. Treutl. d. loc. thes. 10. Conf. Pacius d. c. 19. axiom. 119.
per tot. Restituere eandem quoq; debet victori bona fide, ita quidem,
 ut si convenerit cum eo de loco, quò redditionem fieri voluit, ille ob-
 servetur. Quando verò disjunctivè plurium locorum mentio facta
 fuit, optionem habet sequester, in quo ex denominatis locis velit il-
 lam reddere; quod si non convenierit de loco, in quo restitutio fieri de-
 beat, admonendus & conveniendus est, ut eam judici tradat, uti habe-
 tur in *l. ei ap. 5. §. 1. ff. h. t. Dico*, quòd victori rem sequestratam restituere
 conveniat. Etenim sequester reddere non debet depositum antequam
 lis terminetur, & per rem judicatam constet, cui illud sit restituendum,
 nisi de communi duorum vel plurium consensu res quædam apud se-
 questrem constituta sit, & illi conveniant inter se, ut uni ipsorum tra-
 datur. *Molina de j. & j. tom. 2. tr. 2. disp. 526. n. 3.*

XLVII. Tollitur sequestrum 1. *Litis terminatione* & per sententi-
 am controversiâ sopitâ, *l. 7. §. ult. ibi: lis finem accipiat ff. qui satisd. cog.*
 manet enim usq; ad ultimū litis terminum, *l. 20. §. ult. C. de agric. & censit.*
Rutger. Ruland. de Commiss. d. cap. 5. n. 32. unde sequestre factum in pri-
 ma instantia, non expirat in judicio appellationis, sed durat eousq;, &
 donec sententia appellationis à judice pronuncietur, *Cantiunc. consil.*
26. n. 6. 2. *Depositione sive renunciatione* à sequestre facta, dummodo ob
 causam aliquam justam & prægnantem hoc fiat, nec enim simpliciter
 sequestri id facere licet, *l. 5. §. ult. ff. h. t.* 3. *Revocatione*, quæ in judi-
 ciali solo judicis decreto, *Oldrad. de Ponte, consil. 166. incip. Ordinarius*
ad instantiam. in 1. q. quæ habetur n. 1. Vid. tamen Treutler. d. loc. thes. 12.
 in conventionali contrariâ partium voluntate inducitur, *arg. l. 35. ff.*
de R. J. Pacius d. loc. axiom. 122. n. 3. Caroc. d. tr. part. 4. quest. 3. & seqq.
 4. *Satisfactione idoneâ*; quamvis enim sequestratio ritè justeq; semel
 decre-

decreta ad finem usq; litis regulariter duret, *Rutger. Ruland. d. loc. n. 32.* attamen oblatâ ac præstitâ cautione sufficienti de re litigiosa conferenda & restituenda absq; ulla procrastinatione in casu victoriæ relaxari utrunq; posse, reoq; suarum rerum usum, per sequestrationem, ablatum, rursus concedi debere, verè ostenditur ex *l. 7. §. fin. qui satisd. cog. l. fin. C. de Ordin. cognit. Cludius d. tr. cap. 10. n. 1. Neapol. i. Digest. tit. sequestrum. cap. 37. & 38. Ludov. decis. 51. pag. 270. Dn. Bernh. Gravæus d. lib. 1. concl. 48. Consid. 1. ubi de casibus exceptis etiam agit. Add. Emeric. à Rosbach. de comparat. Jur. civ. & canon. tit. 15. n. 3. & seqq.* Idonea autem & sufficiens cautio in jure nostro accipitur, *l. 59. §. ult. ff. mand. l. 4. §. addici. 8. ff. de fideic. libert.* quæ sit fidejussoribus, vel pignoribus, unde & hic eo modo facienda est; in defectum tamen fidejussorum, vel pignorum, &, si satisfactio ejusmodi præstari non potest, juratoriam cautionem pro relaxanda sequestratione admitti, rectè deducere videntur, *Baumann. de sequestr. cap. 17. n. 18. & seq. Coler. de P. E. part. 3. c. 10. n. 8. Dn. Gravæus d. loc. n. 8. Mynsing. cent. 2. obs. ii. dummodò persona, adversus quâ sequestratio decreta est, vitæ integritate sit cõspicua & probatâ existimationis Clud. d. l. n. 21. & 22. Gail. l. 1. observ. 148. n. 6. versic. Sed hoc ita accipiendum. Berlich. d. l. n. 144.* Quemadmodum ergò sufficienti cautione oblatâ remittitur sequestrum; ita quoq; per eandem evitatur ab initio, ne fiat, *l. 7. §. ult. ff. de offic. Præsid. l. 16. C. de Ordin. cognit. Oldrindus de Ponte Consil. 224. incip. justæ sunt allegationes. n. 1. circ. fin. Roman. Consil. 312. incip. juxta propositam. vers. Quo ad tertium. Magnif. Dn. D. Richter part. 2. decis. 77. n. 92. vers. Sic etiam. ubi Scabinos Marpurgenses ita pronuntiâsse refert, idq; vel maximè verum est, quando propter metum dilapidationis ad sequestrationem decurritur, *Caroc. de sequestr. part. 4. quest. 2. n. 1.* aliâs enim, & si ob timorem scandali, vel aliûs causæ facta fuit, quia illud per satisfactioem, utpote, quæ malevolum propositum nil quicquam immutat, *§. novissimè 12. Instit. de suspect. tut. & curat.* non submovetur, nihilominus durat, nec cautio ejusmodi potis est, ut sequestrationem tollat, *cap. ex transmissa. 8. & cap. literas 13. in fin. Ext. de restit. spoliat. Joh. Corrasius lib. 3. miscellan. jur. civ. cap. 2. n. 19.* Excipitur insuper casus *Clem. unic. de sequestr. possess. in quò sequestratio non admittitur juxta Peir. Greg. Tholosan. d. l. n. 25. Vid. Jason. in d. l. §. fidejussor §. fin. ff. qui satisd. cog. ubi tres adhuc casus exceptos refert. 5. Consignatione quoque rei sequestratæ**

stratæ ad mandatum iudicis sequestrantis tollitur sequestrum; si videlicet primus, sequestrum obtinens, habuit rem iudicatam contra sequestrarium; tunc enim liberatur sequestrum consignatione, quæ retardari non potest quoad sequestrarium; Bartol. in l. à Divo Pio. §. si super. ff. de de re jud. Vid. de his modis tollendi sequestrum Neapol. i. Digest. tit. Sequestrum cap. 47. Aloys. Riccius collect. decis. 741. & decis. 2536. Thom. Grammat. decis. 51.

XLVIII. Nascuntur ex sequestro duæ actiones ad similitudinem depositi, directa & contraria sive utilis, quæ sequestrariæ speciali nomine appellantur l. 12. §. 2. ff. h. t. Illa datur victori, cuiq; res tanquam vero possessori addicta est, adversus sequestrum ejusque hæredem ad rem cum omni causa restituendam, l. 1. §. 24. l. 12. §. 1. ff. h. t. & damnnum, si quod ex dolo & lata illius culpa accidit, resarciendum, l. 6. l. 32. ff. d. iii. Hæc conceditur sequestri ad sumptus, & damna; si quæ occasione sequestri passus est, ne detrimentum ex officio suscepto incurrat, refundenda. Fallunt igitur & falluntur, qui specialem ex sequestro actionem proditam esse inficiantur, adeoq; doli vel præscriptis verbis extraordinariè agendum esse autumant, criminibus quasi huc trahentes, & alienum sensum ei affingentes, quod habetur in l. 9. §. 3. ff. de dol. mal. Etenim præterquam quod contrarium diserte relucet ex allegata l. 12. §. 2. ff. de pos. elencticè quoque adducuntur verba d. l. 9. §. 3. cum de speciali casu, quo sequestrariæ actio ob defectum natiuitatis & exercitii, quod post determinationem litis demùm competit, intentari & competere nequit, agat. Nec igitur ratio negatæ actionis ex deposito in eo consistit, quasi planè non detur, nec unquam locum inveniatur; illud enim tantùm abest statuatur, ut etiam contrarium implicite in verbis contineatur; sed, uti ipse JC. subjungit, quoniam conditio depositionis nondum exstiterat, quod tamen de jure requiritur ad hoc, ut ex illo contractu actio intentari queat, unde etiam ad extraordinarias & subsidiarias actiones confugiendum, & illis experiendum esse dicitur, quemadmodum hæc omnia discurrendo succinctiùs explicasse memini *Virum Excellentiss. Dn. D. Struyen Præceptorum meum omni honoris & observantiæ cultu ætatè prosequendum*, cum pro lectione publica ritulum ff. de dol. enucleatè proponeret, & ibidem inter alias verum d. l. 9. §. 3. sensum solidissimè aperiret, cum quo (*ut bono nomine, omne non infausto, defunam*) disputationi præsentì finem imponere.

impono, Deum tē Optimum Maximum, omnis boni largitorē, invocans, ut imposterum suā gratiā studiis meis adesse, & prosperum, in illis successum largiri clementer velit.

Corollaria.

I.

In *l. si qua. s. vers. Si omnes. ff. famil. hercisf.* disponitur: quod, quando instrumenta vel cautiones quædam hæreditariæ in hæreditate reperiuntur; & verò plures ex æqualibz partibus hæredes concurrunt, inter quos, cum unus alteri cedere nolit, non convenit, cuinam adservandæ tradi debeant, sortiri eos oporteat, aut ex consensu vel suffragio eligendus sit amicus sive tertius quispiam, qui eas custodiat & apud se retineat, vel in æde sacra deponi debeant. Hinc *Cornf. lib. 3. miscell. jur. civ. cap. 2. n. 1. circ. fin.* deducere conatur, quod sequestrum etiam interdum de re non controversa ad juris partium conservationem fiat. Verùm, uti sequestrum semper & ubiq; rem litigiosam efflagitare, & circa illam solùm versari autumo; ita quoq; cautiones litigiosas *ind. l. 5.* præsupponi cum *Colero de P. E. part. 1. cap. 2. n. 132. & seq.* firmiter statuo.

II.

Sempronius condito testamento instituit hæredem ex asse filiam suam Bertam, cui tutorem assignavit Johannem, & disposuit, quod casu, quo ille ex hac vita decesserit, succedere in tutelam, & tutor prædictæ filiæ Bertæ esse debeat Mævius. Mortuo testatore Sempronio Johannes primo loco denominatus tutor fuit remotus ex causa aliqua ut suspectus à tutela. Quæritur: utrum casus mortis per remotionem hanc exstiterit, adeoq; substitutus Mævius ad tutelam admittendus sit? Videtur dicendum, quod non; quia casus mortis per modum conditionis adjectus reperitur, cujus natura est, ut in specifica forma & casu individuo adimpleatur, proindeq; in casu remotionis, quantumvis æquipollente, verificari oratio non posse videtur. Sed non obstante eo, contrarium verius, & conditionem per casum remotionis purificatam, sicq; Mævio tutelam deferendam esse defendam.

III, Ti-

III.

Titius plantavit vineam vel hortum juxta prædium Sempronii, vicini sui, muro septem pedum altitudinis, & septuaginta longitudinis clausum. Stipulatur à Sempronio non elevati murum sub pœna centum florenorum in casum contrafactionis exsolvendorum. Sempronius obiit relicto quatuor hæredibus, quorum unus quartam partem muri elevat. Quæstio hinc enascitur dubitabilis: Utrum committatur pœna contra omnes pro partibus hæreditariis? Puto pœnam non committi nisi pro parte contrafacientis tantum, & non contra alios.

IV.

Testator, Titium & Cajum hæredes instituens, substitutionem in hunc modum adjecit: Si Titius & Cajus hæredes non erunt, Sempronius hæres esto. Titius adiit hæreditatem, Cajus verò repudiavit hæreditatem. Quæstionis est: An Sempronius in Caji portione substitutus censeatur, etiam adveniente Titio? Uno adveniente ad alterius portionem non admitti substitutum contra Fachinæum statuminabo.

V.

Titius mihi debet centum aureos, quos ipsi mutuo dedi, nec nactus sum hypothecam. Usurpatâ igitur actione personali contra Titium, eoque condemnato, peto à judice executionem, qui mihi adjudicat pignus judiciale. Num illo non sufficiente ad debiti mei solutionem, rursus personali actione convenire poterò Titium? Aff.

VI.

Dedi Titio spe futura numerationis chirographum, in quo fateor, quod mihi centum aureos mutuo dederit. Quia verò illam pecuniæ summam non accepi, quâ actione repetere possum syngrapham meam? ~~Ex~~ conditione sine causa.

VII.

Titio merces meas venditas tradidi, illique fidem de pretio habui, deinde is easdem vendidit Cajo, neuter pretium exsolvit: Num contra Cajum actionem intentare poterò? Neg.

VIII.

Enunciatio hæc: cum moriar dabo tibi centum magis in diem est, quam conditionalis.

IX. In

IX.

Instrumentum locationis conductionis, quod depositum propositur in *l. 5. C. de pos.* controversum fuisse, proindeq; casum *d. l. ad sequestrationem* pertinere sustinebo.

X.

Casus *legis si soluturus. 39. vers. His consequens. ff. de solut.* sub simplici sive vulgari deposito continetur; adeoq; minus rectè ad sequestrationem refertur.

XI.

Spado generare nequit *§. 9. Instit. de adopt.* Spado neq; vitiosus neq; morbosus est *l. 6. §. 2. ff. de Edil. Edict.* Hæ duæ propositiones sibi invicem non contrariantur.

XII.

Mater filio impuberi ob defectum patriæ potestatis pupillariter substituere nequit.

Depositum res *min* viris. Deponit & auget,
Sollicitos animos aggravat atq; levat.
 Qui deponit opes, curas deponit edaces:
Qui recipit, quantum suscipit ille crucem!
Tu tamen haud fecius multum, per dulcis amice,
Gaudes depositis, atq; sequestra crepas.
 Depositos multos auri tibi *Fata volenti*
Accumulent cumulos, ore animoq; precor.
 In gremium tibi deponant (*procul este sequestra*)
Quod redames toto pectore, depositum.
 Perge notas plures studii deponere longi:
Insequitur curas gloria magna tuas.
 Depositum te grande manet: tibi magna paratur
Merces, quam natis ponit amica Themis.
 Perge modò, sectare viam, quæ ducit ad astra,
Ad famam, laudes, non peritura bona.

Testandæ amicitiae & congratulationis ergo
 lubens ludensq; apponere voluit

Otto Philippus Zepperus
 U. J. Doctorandus.

154567

ULB Halle 3
003 637 700



f

sb1

n

VD 17



DISPUTATIO JURIDICA
DE
DEPOSITO,

Quam
Divinâ Assistente Gratiâ,
EX PERMISSU ET CONSENSU MA-
GNIFICI ET NOBILISSIMI ICTORUM

Ordinis in Alma Salana,

PRÆSIDE

Nobilissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo

VIRO

DN. ERNESTO FRIDERICO

SCHRÖTERO, U. J. D. Professore Publico cele-
berrimo, Consiliario Saxonico, Facultatis Juridicæ &
Scabinatûs Assessore gravissimo, Dn. Fautore, Præce-
ptore & Promotore suo jugiter colendo,

Ventilandam publicè exhibet

REINERUS Klæfßen / Berumano Frisius Orientalis,
Author & Respondens,

Ad diem Maji.

Joan. à Capistran. in specul. conscient.

*In rebus justitiam colere, atq; sua cuiq; bona servare, & in sub-
ditis non sinere, quod potestatis est, fieri, sed quod æquum est custodi-
ri, summum bonum est.*

JENÆ

Literis GEORGII SENGENVVALDI,

Anno MDC LII.

